den. quæ habetur inter recentiſſimas Farinacii par. 1. dec. 355.
ubi Rota intelligit hoc de viſitatione formali, quæ qualis
ſit ibi ſimiliter declarat, plura circa viſitationem rerum
invenies apud Fuſchum *de viſitatione lib. 1. cap. 15. nu-
mer.* 30.
21 An verò † ratio ſemel reddita iterum ſit reddenda diſpu-
tat Riccius *in praxi deciſ.* 610.
Non obſtant in contrarium propoſita argumenta, non
22 † primum, cui reſpondeo quod licèt immemorialis habeat
vim privilegii, non tamen eſt verum privilegium Socin.
conſ. 260. num. 22. lib. 2. cum multa, ut ipſe inquit, poſſint
acquiri per viam privilegii, quæ non poſſint acquiri per
viam immemorialis, proſequitur Caſſaneus *conſ. 34. num.
13.* Aymon *de antiquitat. tempor. p. 4. §. abſolutis differentiis
num. 10. & 51.* quos Rota ſequitur *deciſ. 744. num. 6. par. 1.
diverſorum.*
Non obſtat ſecundum, cui reſpondeo, quod juramen-
23 tum † ſequitur naturam actus, cui adhæret, ut in juribus
allegatis in argumento, & ſuperat naturam actus cui ad-
hæret, *ut in cap. cum contingat 28. de iureiuran. c. quamvis
pactum de pactis lib. 6. Authen. ſacramenta puberum, C. ſi ad-
verſus vend.* ut latius proſequitur magiſter meus Sahagum
in c. debitores de iureiuran. ad ſecundum argumentum, ſequi-
tur naturam actus cui adhæret, propter jus jurandi pote-
ſtatem, & excellentiam, dummodò ex obſervantia non
ſequatur iniquitatis vinculum, ita colligitur ex Covar. *in d.
cap. quamvis pactum 1. par. §. 3. num. 9. 10. 11.* & ex Barda-
xi *de iuramento venditionum for. unic. num. 5. & 6.* Sahagum
ſupra cum pluribus ab eo relatis. In juramento de quo agi-
mus ceſſat iniquitatis vinculum, & alterius præjudicium,
24 quàm Epiſcopi juratantis, quia juramentum † ſuum tan-
tum tenet auctorem, quia eo defuncto ſucceſſor ſolus viſi-
tabit, & ipſe in vita ſua benè potuit ſibi præjudicare, ad
notata per Mohedan. *deciſ. 250. num. 2.* Panormitan. *in cap.
cum veniſſent num. 4. de inſtitut.* Felinum *in cap. fin. num. fin.
de præſcriptionibus*, Aretinum *conſ. 114. num. 3.* Ceſſat & ini-
quitatis vinculum, cùm viſitatio in hoc caſu non evellatur
radicitus, ſed moderamen accipiat, ad tradita ſupra in
propoſitione primi argumenti. Ex ſupradicta reſolutione
25 infertur, quod ſi † Epiſcopus juret ſervare ſtatuta Capi-
tuli in quibus Capitulo major indulgentia concedatur,
quàm expreſſa, in dict. cap. 4. & dict. cap. 6. ſive in viſitatio-
ne, ſive extra viſitationem hujuſmodi juramentum ſervan-
dum ſit. Neque obſtat quod in dict. cap. 7. cavetur, quod
exemptiones, conſuetudines, ſententiæ, juramenta, &
concordiæ ſuos tantum tenent auctores, quia reſponde-
tur, quod ſi derogatio Concilii in dict. cap. 4. intelligitur
de futuris, ſic & præſervatio intelligitur de futuris, ut la-
tius quæſtionem iſtam proſequitur Achilles de Gaſſis *deciſ.
3. de pactis, ut infra quæſt. 25. num. fin.* Ex his declarata ma-
net conſtitutio Valentina *de iuriſdictione & eius exercitio in
Canonicos Præbendatos Eccleſ. Valentin. delinquentes*, &
ejus additio *fol. 15. & 16.*
26 Non obſtat tertium, quia Tridentinum † *in dict. cap. 14.
Seſſ. 25.* non aufert conſuetudinem immemorialem, ſicut
expreſsè ſuſtulit circa viſitationem *in c. 6. Seſſ. 25. verſ. qui
verò*, & declarat Rota *deciſ. 744. num. 1. par. 1. diverſ.* nam
ut cenſeatur ſublata conſuetudo immemorialis eſt neceſſa-
rium, quod fiat expreſſa revocatio de ea in lege, vel conſti-
tutione, Flores *variarum 2. qu. 10. nu. 44.* Emmanuel *quæſt.
regular. tomo 1. q. 9. art. 5.* Gonzal. *reg. 8. gloſſa 33. n. 2.* quos
refert & ſequitur Barboſa *ad Triden. Seſſ. 24. cap. 12. n. 30.*
nec ſufficiunt ad revocationem verba quantumcumque ge-
neralia, ut multis Doctoribus comprobat Mareſcotus *2.
var. c. 101. n. 4. diximus ſupra fundam. 3.*
Illud verò animadvertendum eſt ad declarationem Con-
cilii Trid. *Seſſ. 24. de reform. c. 20. §. Ad hæc*, Sacram Con-
gregationem ibidem declaraſſe, quod dum cognoſcitur ſu-
per immemorabili poſſeſſione (in qua prætendit eſſe infe-
rior cognoſcendi de matrimonialibus, vel criminalibus
cauſis) per tres conformes, Ordinarius debet manuteneri.
Si tamen inferior docet non ſolùm de poſſeſſione, ſed pri-
vilegio, tunc ſtatim eſt manutenendus inferior, ut cen-
ſuit Rota coram R. P. D. Ceccino Decano *dec. 447. p. 1. re-
centis*, *quam deciſionem miror non fuiſſe typis mandatam inter
impreſſas eiuſdem de anno 1623.*

S V M M A R I V M.

Generalis diſpoſitio non trahitur ad caſus deciſos ſententia, vel tranſactione, num. 1.
Viſitatio comprehenditur appellatione iuriſdictionis, n. 2.
Epiſcopus poteſt viſitare Capitulum ſæpius in anno, n. 3.
Viſitatio non tollitur ſtatutis, n. 4.
Clauſula, nulla concordia, *extenditur ad concordias confirmatas, num. 5.*
Intellectus ad cap. 4. Seſſ. 6. de reformat. num. 6. & num. ſeq. & 19.
Sententia & privilegium non tollitur à cap. 4. Seſſ. 6. n. 7.
Geminati vinculi potentia, n. 8.
Duplex eſt confirmatio, n. 9.
Confirmatio ex certa ſcientia quæ, n. 10.
Confirmationis facienda cautela, n. 11.
Burgenſis concordiæ confirmatio, n. 12.
Barbaſtrenſis concordiæ confirmatio, n. 13.
Privilegium cuius tenor non narratur, ſi habet clauſulam ex certa ſcientia dicitur confirmatum in ſpecie, n. 14.
Confirmatio generalis ex certa ſcientia non trahitur ad illicita, num. 15.
Pactum de confirmando intelligitur de confirmatione ex certa ſcientia, num. 16.
Confirmatio ex diuturnitate temporis præſumpta, intelligitur in forma communi, num. 17.
Concordia ex certa ſcientia confirmata non tollitur à Concilio Tridentino, num. 18.

QUÆSTIO VIGESIMAQUINTA.

An ſint ſublata ſtatuta, vel Concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ, quibus decernitur Epiſcopum ſine Adjunctis Capitulares non poſſe viſitare?

Videtur dicendum generalem diſpoſitionem Concilii
non tollere poteſtatem inferiori tributam *iuxta ea quæ
habentur in gloſſa 1. in fine in l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare co-
gantur*, ubi Jaſ. *num. 5.* ſicut & generalis diſpoſitio † non 1
extenditur ad caſus deciſos ſententia, vel tranſactione
ad l. cauſas, Cod. de tranſaction. & ad Put. *lib. 3. deciſ. 213.
num. 4.*
Secundò, videtur probari ex deciſione Seraphini 475.
& 1008. ubi in cauſa Legionen. & Burgen. deciſum fuit
concordiam eſſe ſervandam etiam circa viſitationem † quæ 2
appellatione juriſdictionis comprehenditur *cap. conqueren-
te*, ubi notarunt Doctores *de offic. ordinar.* Aliàs poſſet Epi-
ſcopus procedendo per modum viſitationis eludere Con-
cordiam † ipſam, cùm poſſit Capitulum ſuum arbitrio ſuo 3
viſitare multiplicatis vicibus, nam textus *in cap. decernimus
10. q. 1. & in cap. 3. Seſſ. 24. de reform. in Tridentino*, licèt
dicant quotannis debere Epiſcopum viſitare, ſed non pro-
hibet quin poſſit pluries ex cauſa id facere.
Sed contrarium innui videtur, ſcilicet, vel ſtatuta, vel 4
concordias non tollere † viſitationem omnimodam, & in-
dependentem ab Adjunctorum miniſterio, quod proba-
tur primò ex *d. c. 4. Seſſ. 6.* ibi: *nullis exemptionibus, conſue-
tudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis ſe tueri poſſint,
quo minus à ſuis Epiſcopis viſitari poſſint*; nam advertendum
eſt, quod generalitas † illa nullis concordiis, trahitur etiam 5
ad concordias confirmatas Vitalinis *in Clemen. dudum, §.
nos etenim n. 14. de ſepulturis*. Secundò, & ex Sacræ Con-
gregationis declaratione quam refet Farinac. *ad dictum c. 6.
§. qui non obtinent*, & Marcilla *lib. 4. tit. 7. cap. 22. & deciſ.*
Rotæ coram D. Pamphilio cujus copia habetur impreſſa in
recollectis civilibus apud Farinacium *dec. 715.*
In hac difficultate ſciendum eſt, primò in Congregatio-
ne Concilii fuiſſe propoſitum. An textus † *in cap. 4. Seſſ. 6.* 6
& in cap. 6. Seſſ. 25. de reform. in Tridentino comprehende-
rent in ſuis derogationibus concordias confirmatas ex certa
ſcientia, & cum cauſæ cognitione, & licèt primò fuiſſet
reſponſum comprehendere, ſed poſtea Sanctiſſimus exci-
tantibus Dominis de Rota ex Congregationis Sacræ ſenten-
tia declaravit in hoc textu, & dict. cap. 4. Seſſ. 6. eſſe præſer-
vatas dictas concordias, ut atteſtantur Farinac. *in d. cap. 6.
verbo etiam immemorabilibus, verſic. fuit propoſitum*, & Mar-
cilla *lib. 4. tit. 7. cap. 22.* Gonzal. *regul. 8. gloſſ. 25. n. 14.* quem
refert & ſequitur Barboſa *in dict. cap. 6. in fine*, & latius ha-
betur in cauſa Oſcenſi coram R. P. D. Blanchetto, & in ejus
deciſione, quæ reperitur apud Marcheſanum *de commiſſ.
par. 1. §. 1. de appellatione ab interlocutoria deciſ. 4.* Maximè
tamen hæc lector amantiſſime rimari non dedigneris in
una Illerden. *coram R. P. D. Iuſto in recentiſſimis*, Farinac.
deciſ. 57. & 168. p. 1.
Secundò ſciendum eſt ſimiliter non fuiſſe derogatum
7 per dicta capitula, ſententiæ & privilegio, nam cùm Con-
cilium faciat diverſas derogationes, his ſimul junctis non
videtur voluiſſe derogare, ut Sacram Congregationem de-
claraſſe referunt Farinac. *in c. 8. Seſſ. 7. de reform. §. privile-
giis, & in cap. 20. §. ad hæc de reform. Seſſ. 24.* & Marcilla
lib. 4. tit. 7. c. 4. & tit. 5. c. 7. & ſecundùm hanc declaratio-
nem deciſum extitit in Rota in una Palentina juriſdictionis
apud Achillem de Graſſis *deciſ. 3. de pactis*. Pro qua ſenten-
8 tia facit, quod de geminati † vinculi potentia dicitur *in §.
ſed hodie inſtitut. de adoption.* & referunt Doctores *in l. ſi ſer-
vum*, ubi Salicetus *nu. 9. verſ. exemplum, dicit ſtatutum, de
nov.* Alexan. *conſ. 118. n. 5. in fine lib. 5.* Decius *conſ. 599. nu.
3.* Gozadinus *conſ. 14. n. 22.*
Tertiò ſciendum eſt cum Panor. *in cap. penult. n. 3. de con-
firm. util.* Alexan. *conſ. 59. lib. 1. num. 8.* Burſato *conſ. 208. n.
25. lib. 1.* maximè tamen cum Cavedo *deciſ. 1. num. 2. & 3.*
9 quod confirmatio duplex eſt † altera quæ fit in forma com-
muni, & dicitur illa quæ fit ſine cauſæ cognitione *de qua in
c. ult. de elect. in 6.* Rebuff. *in concordata de regia ad Prælat.
verbo confirmationes, verſic. nota*, quæ confirmatio nihil no-
vi juris tribuit Vital. *in tract. clauſularum, clauſula quatenus
ritè & rectè num. 7.* actumque nullum validum non efficit,
ſed actui valido robur præſtat Boſſius *in tractatu de Principe
num. 348.* Molina *de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7.* Confirma-
10 tio ex certa ſcientia quæ † & ſpecialis dicitur, illa eſt quan-
do Princeps ſeu Superior plenè informatur de facto, atque
ejuſdem facti circumſtantiis perpenſis confirmat cum co-
gnitione cauſæ *cap. examinata*, ubi Abbas *de confirm. util.*
Alex. *conſ. 1. numer. 38. & ſequent. lib. 5.* Molina ſupra,
quando etiam apponitur clauſula *ex certa ſcientia hunc ha-
bet effectum*, ut actum invalidum confirmet, Ant. Grabriel
11 *commun. opinion. tit. de clauſulis concl. 1.* Quare † ad majo-
rem cautelam ſtatuti confirmandi tenor, vel illius ſubſtan-
tia ſaltim compendioſè in confirmatione narratur, Panor.
conſ. 102. n. 3. lib. 1.
12 Ex quo ſequitur concordiam initam inter † Ludovicum
Epiſcopum Burgenſem, & Decanum & Capitulum ejuſ-
dem Sedis de anno 1492. die 10. Aprilis & confirmatam
ab Alexandro Romano Pontifice eodem anno, die verò 29.
Septembris, cùm ibi confirmata ſpecificè narrentur, eſſe
13 concordiam confirmatam ex certa ſcientia. Item † eadem
ratione dicendum eſt, de concordia interpoſita à D. Epiſco-
po Barbaſtrenſi cum Decano & Capitulo ſuis confirmata
per ſanctiſſimum Paulum V. die 1. Decembris, anno 1615.
erat tunc Epiſcopus DD. Joannes Moriz de Salazar vir pie-
tate, prudentia, liberalitate, & literarum ſcientia inſignis, &
nunc Oſcenſem Eccleſiã ſumma illius felicitate gubernans.
14 Secundò, ſequitur quod ſi confirmatorium † privilegium
habeat clauſulam ex certa ſcientia, etiã ſi à Principe ſtatuti
tenor nõ narretur, nihilominus ſtatutum dicitur confirma-
tum ex certa ſcientia, ut cum multis DD. reſolvit Rota *dec.*
15 *36. n. 5. p. 2. diverſ.* Si verò † confirmatio fiat omnium ſtatu-
torum generalis etiam ex certa ſcientia, non eſt referenda
ad ſtatuta inhoneſta, & illicita, Alex. *conſ. 59. n. 14. & 15.
lib. 1.* Rol. *conſ. 29. n. 32. lib. 1.* quos ſequitur Rota *deciſ. 21.
p. 1. in recentiſſimis*, alios modos cognoſcendi confirmatio-
nes ſpecificas, ſive ex certa ſcientia invenies apud Ludovi-
cum à Caſanate propinquum meum ingenti acumine, &
juriſprudentiæ notitia in ſæculo noſtro celeberrimum, in
tractatu de immunitate gabellæ *n. 312.* plures cumulat no-
viſſimè Aug. Barb. *in paſtorali p. 1. tit. 3. c. 8. n. 76.* An verò
Cardinali confirmanti, & aſſerenti ſe confirmare de man-
dato ſedis Apoſtolicæ credatur *in dec. Segunt. 339. p. 2. recen-
tiſſimarum affirmativè reſolvitur.*
Tertiò, ſequitur quod ſi pactum † interponatur de pe- 16
tendo confirmationem à Sede Apoſtolica, intelligendum
eſt de petenda confirmatione ex certa ſcientia, quæ manet
præſervata à dictis c. 4. & cap. 6. ſupra, non de confirmatio-
ne in forma commune, quæ parum vel nihil operatur, Car-
din. *conſ. 44. n. 6.* Imol. *in d. c. penult. in fine de confirm. util. vel
inutil.* Curtius Jun. *conſ. 312. n. 6.*
Quartò ſequitur † quod illud axioma inter noſtros rece- 17
ptiſſimum ſcilicet ex diuturnitate temporis præſumi confir-
mationem, de quo per Archidiaconum *in c. nemo de conſecr.
diſt. 1.* Put. *dec. 354. lib. 1.* Rolando *conſ. 99. n. 27. lib. 3.* quos
refert & ſequitur Rota *deciſ. 638.* in recollectis civilibus
apud Farin. *n. 2.* noviſſimè Ludov. *dec. 52.* declarat Coccin.
deciſ. 340. eſſe intelligendum neceſſario de confirmatione
in forma communi, nam ſi intelligeretur de confirmatione
ex certa ſcientia non derogaretur *à Trid. in d. c. 4. & in d. c. 6.*
conſuetudo immemorialis, *ut derogari probavimus ſup. q. 24.*
Quintò ex in his intelliges † celebrem illam deciſionem 18
Achilis de Graſſis *quæ eſt tertia ſub titulo de pactis* volentem
concilium non ſubſtuliſſe concordias confirmatas, nam lo-
quitur de confirmatione ex certa ſcientia, ut patet quia ſe
refert ad gloſ. *verbo pacta in §. nos enim in Clemen. fin. de ſe-
pultur.* ubi gloſſa loquitur de confirmatione Sedis Apoſtoli-
cæ ad rem ſuper quam ſententiam tulerat, cujus ea vis eſt,
ut reſcriptum contra eam obtentum in limine judicii reji-
ciat *l. fin. C. ſenten. reſcind. non poſſe, & diximus ſupra obſer-
vatione 2.* ſententia enim lata concurrit ſcientia, & cauſę co-
gnitio, quæ confirmationem reddunt ſpecificam, ut ſacram
Congregationem referens judicavit Rota *dec. 743. n. 9. p. 1.
diverſorum.*
Quibus ſuppoſitis † diſſonantia ſupra poſita conſona 19
manebit, ſi diſtinguas inter confirmationem communem,
& ſpecificam, illam poſt Concilium in d. c. 4. & d. c. 6. defen-
dendo non durare, ſed iſtam irrevocatam manere, quod
nulla declaratio ſic adſtruere videtur quam ea quam reſcri-
pſit Sacra Congregatio 28. Aprilis anni 1593. his verbis:
Concordiæ confirmatę à Papa in forma communi cum qua
concurrat conſuetudo, immemorialis fuiſſe *à Tridentino
c. 6. Seſſ. 25.* derogatum.
Obſerva tamen pro coronide verba illa Conc. ſeſſ. 6. c. 4.
(*quæ tantùm ſuos obligent authores*) non eſſe referenda ad
concordias, ſed ad juramenta, *ut Sacram Congregationem
declaraſſe teſtatur Guillemart ad dictum caput 4. pag. 681. ut
ſupra q. 24. num. 25.*

S V M M A R I V M.

Viſitans non poteſt recuſari quando non procedit in figura iudicii, n. 1.
Dictio, tantùm, *eſt taxativa, n. 2. & 7.*
Appellatio à viſitatione ſuſpendit, ſi exceditur modus, n. 3.
Appellatio in viſitatione regulariter non ſuſpendit, n. 4.
Confraternitates laicorum à viſitatione non poſſunt appellare ſuſpenſivè, num. 5.
Magiſtratus in Sicilia viſitari nullo modo audiuntur appellantes, num. 6.
Modus exceditur multiſformis, n. 8.

QUÆSTIO VIGESIMASEXTA.

An interpoſita appellatio in viſitatione ſuſpendat, vel devolvat?

Et quod utrumq; appellatio in hoc caſu repellat, vide-
tur probari, ex his quæ conſiderat Baſconcellos *diverſ.
iur. arg. lib. 1. c. 19. n. 9.* ſcilicet non eſſe veroſimile Tridenti-
num voluiſſe, ut in quacumq; cauſa viſitationis appellatio-
nis effectus ſuſpenſivus tolleretur unico verbo, quem jus
Pontificium introduxit *in cap. Roma. §. ſi vero c. non ſolum de
appellat. in 6.* & ſic de facili ſuſtuliſſe non eſt credendum,
maximè & devolutivum *argumento text. in l. ſi quando, C. de
inoff.*

QUÆSTIO VIGESIMAOCTAVA.

An in levibus Epiſcopus poſſit contra Capitulares procedere ſine Adjunctis?

HÆc quæſtio reſoluta manet ex traditis ſupra quæſt. 2.
1 argumento 2. illud † nota quod ad primam citatio-
nem venire non poteſt Epiſcopus ſine Adjunctorum conſi-
lio, & aſſenſu, quia non poteſt procedere, *ut in hoc cap.6.*
Seſſ. 25. & appellatione proceſſus intelligitur prima cita-
tio, ut Farinac. *ibidem ver. an Capitula*, Marcilla *lib.4. tit.7.*
2 *c.20. lit.K*, quia perpetuata † juriſdictio intelligitur per ci-
tationem, *cap. gratum, cap. relatum de offic. delegat. c. cum*
plures, ubi gloſſa verbo inchoante eodem titulo in 6. Sed adver-
3 te † quod quomodocumque cauſa inchoetur dicitur perve-
niri ad proceſſum *gloſ. verbo proceſſum in cap. ſi à Subdelegato*
14. de offic. deleg. in 6.

SVMMARIVM.

COdjutoria ſpecies eſt Beneficii, n.1.
Coadiutori congrua datur, n.2.
Coadiutoriæ expeditio precum veritatem requirit, n.3.
Coadiutor an penſum ſervitutis ſolvere teneatur, n.4. & 24.
Coadiutor liberam habet adminiſtrationem, n.5.
Coadiutor reſtituitur poſſeſſioni quam accepit, n.6.9. & 45.
Coadiutor eaſdem debet habere qualitates quas coadiutus, numer.7.
Coadiutores, ac expectantes comparantur, n.8. 10. & 32.
Coadiutor & non coadiutus infirmus, vel impeditus lucratur diſtributiones, n.11.
Clauſulæ, ex nunc, pro ut ex tunc, *virtus, n.12. & 46.*
Coadiutores annatam ſolvunt, & ingreſſum, n.13. 16. & 48.
Annatarum ſolutio favorabilis, n.14.
Annatis ſuccedunt quindennia, n.15.
Ingreſſus varia ſunt nomina, n.16.
Ingreſſus ſunt odioſi, n.17.
Coadiutores an ſedem acquirant per gradus antiquitatis, num. 18. & 40.
Cæſarauguſtanæ Sedis ſtatutum par.3. c. 1. declaratur, n. 19. & 50.
Iuriſdictio prævenitur citando, capiendo, vel informando, num. 20.
Coadiutorum uſus an improbandus, num. 22.
Coadiutoribus ſtylus multa tribuit, n.23. quia ſunt introducti ab illo, num.39.
Coadiutor non tenetur publicare, n.25.
Coadiutor non conſequitur fructus ex beneficio coadiuti, numer. 26.
Coadiutor an teneatur reſidere præciſè an cauſativè? numer. 27. & 29.
Coadiutoria non inducit incompatibilitatem, n.28.
Tiraſonenſis Coaditor privatus, n. 30.
Coadiutores ſibi non optant, ſed Coadiutis, n. 31.
Coadiutur eſt Canonicus fictus, n.33. & 44.
Coadiutoria non præiudicat nominationi Regiæ, n.34.
Regibus in dubio non cenſetur derogari, n. 35.
Coadiutor non tenetur facere profeſſionem, n.36.
Coadiuto excommunicato, Coadiutor non lucratur diſtributiones, num. 37.
Senator honorarius prior poſſeſſione poſtponitur poſteriori qui adminiſtrationem proprio iure habet, n.41.
Dignitate minori, ſed propria fulgens, dignior eſt quàm qui maiori, ſed aliena dignitate fulget, n.42.
Archiepiſcopus Coadiutor quibus prohibeatur, n.43.
Fictio non eſt potentior veritate, n.47.
Ius ad rem, vel in re quomodo diſtinguatur, n.49.

QUÆSTIO VIGESIMANONA.

An Epiſcopus poſſit procedere ſine Adjunctis contra Capitularium Coadjutores?

1 NOn poſſe ſuadent ſequentia, Coadjutores † ſcilicet
iſtos eſſe Beneficiatos, ſicut Coadjutos, nam Coad-
jutoria ſpecies beneficii vocatur apud Archidiaconum *in c.*
quamvis 7. q. 1. argumento textus in cap. de Rectoribus juncta
gloſſa verbo curant de clerico ægrotan, ubi: † & ſimiliter con- 2
grua datur Coadjutori, ſicut beneficiato, *idem & docuit*
gloſſ. verbo curam omnem in cap.1. 7. q. 1. Non † minus preces 3
veritate niti debent in Coadjutoria, ac in cæteris beneficiis
deciſ. 652. p.3. diverſ. Sicut beneficium patronatus conferri
non poteſt ab ordinario ſine conſenſu patroni, Lamber. *de*
jure patronat. p.1. lib.2. qu. & art. 6. nec † Coadjutori com-
mendari, idem Lambertinus *d. q.6. art.20.* Coadiutor pen- 4
ſum ſervitutis ſolvere tenetur, ſi vera ſunt argumenta, quæ
non ſequitur, ſed proponit Navar. *de ora. c.20. n.* 18. quod
proprium onus eſt beneficiati *c.1. de celebr. miſſar.* Non mi-
nus Coadjutor † quàm Coadjutus liberam habent admini- 5
ſtrationem, vel conferendi poteſtatem, Oldrad. *conſ.44. n.2.*
& 3. poteſt Coadiutor titulo Coadiutoriæ ordines ſacros ac-
cipere de quo non dubitat Navar. *d.c.20. n.18.* Accipit † poſ- 6
ſeſſionem ad quam reſtituitur ſpoliatus, ut in una Ulix. Co-
adiutoriæ quæ habetur apud Marcheſanum 2. *volum. inter*
omiſſas pag.564. & expulſus à Capitulo reſtituitur ad vocem
in illo Riccius *reſolut. pract. c. 263.* Qualitates requiſitæ ad
obtinendam præbendam requiruntur ad conſequendam
Coadjutoriam † exemplo reſignantis & reſignatarii, Sta- 7
phil. *de mod. proced. fol. 146. num.23.* Pariſ. *de reſignat. lib.4.*
q. 9. n.19. Garc. *de benef. p.7. c.4. n. fin,* Gonzal. *regula 8. gloſ.5.*
§.9. n.6. & 90. Monet. *de optione Canon. c. 4. n. 151. & 155.*
Si ſupernumerarii & expectantes Canonici cum quibus † 8
jure optimo coadiutores comparantur *argumento Capituli*
19. Seſſ.24. & c.7. Seſſ.25. de reformat. in Trident. c. ex par-
te 12. de offic. deleg. c. dilectus 19. de præben. c.2. de conceſſ. præ-
bend. Paulus Pariſ. *conſ.83. vol.4.* Uvameſius *conſ.16. n. 13.*
& 15. de elect. ex patientia Capituli ad jura Canonicalia ad-
mittantur † audientur ad redintegrationem ſi eis fuerint 9
denegata, Franciſcus Marcus *par.1. q. 16.* Anton. Fabricius
in praxi benef. de titulo num.32. ubi additio lit. M, & maximè
redintegrabuntur Coadiutores † præ expectantibus, nam 10
iſti vagam & incertam, illi certam, & determinatam expe-
ctant præbendam, ut conſiderat Rota *deciſ. 17. de præbend.*
in novis, & una Burgen. deciſ. 27. p. 1. de appell. ab executor.
brev. par. 1. apud Marcheſ. Coadjutor infirmus, † vel legi- 11
timè impeditus ſi ſanus & expeditus ſolitus erat intereſſe,
diſtributiones lucratur, ſed non ejus principalis, ſi ſervi-
tii fuit deſertor, Leo *in theſauro for. Eccleſ. p.2. n.65.* & me-
rito quia fictio naturam imitatur, *§. minorem inſtit. de ad-*
option. Batt. *in l. is qui pro emptore n.2. de uſucap.* Veral. *deciſ.*
289. num.9. par. 2. Coadiutor ad beneficium Coadiuti per
Pontificem vocatur clauſula † *ex nunc, pro ut ex tunc*, cujus 12
natura eſt non ſuſpendere, etiam in beneficio vacaturo,
ſed à principio effectum ſuum ſortiri, *ut in deciſ. Salman.*
apud Garc. *de benef.4. par. c.5. n. 133.* plures congerit Mar-
tha *clauſula 54. par.1. num.9.* In hac † Sede Cæſarauguſtana 13
Coadiutores, & annatam ſolvunt juxta breve Pauli V. de
anno 1608. die 23. Octobris conceſſum, cujus † ſolutio eſt 14
favorabilis rationibus ad id ponderatis à Thoma Campe-
gio *de annat. n.5.* & in ipſo brevi, ideſt, ne diminuantur di-
ſtributiones, quibus diminutis, cultus divinus minuitur,
cap.3. Seſſ.21. cap.3. Seſſ.22. de reform. in Trid. & in ſpecie
deciditur à Rota *deciſ.139. n. 2. par.2. diverſor.* Dixi † coad- 15
iutores annatam ſolvere, cùm ſolvant quindenniæ, quia an-
natis ſuccedunt quindennia, ad tradita per Seraphinum *dec.*
1401. n.2. ex Antonio Maſſa *in tract. de annatis*. In eadem
Sede † ſolvunt, & Coadiutores ingreſſum juxta decretum 16
D. Alfonſi ab Aragonia, & Capituli Cæſaraug. de anno
1495. die 19. Februarii alio nomine cappam, ſeu paſtelum
de quo in c. præſenti, §. niſi de off. ord. in 6. ſeu deportus, *ut in §.*
1. de annatis in concordata, & ibi gloſſa verbo conſuetudinis, de
quibus plura proſequuntur Doctores *in c. Iacobus*, ubi Ho-
ſtien. & Socin. *n.6. de Simon.* Feltu. *in c. cum M. n.19. de con-*
ſtit. Cucus *maior. inſtitut. lib.2. tit. 14. n.22.* Garcia *de benef. p.*
8. c.1. à n.85. Fabricius *in praxi de annatis lib. 1. c.9. à n.15.*
Riccius *in praxi dec.227. & 567. & facit textus in l.1. de am-*
bit. & quæ tradit Azevedo ad curiam Piſanam *lib.1. c.14. qui-*
bus in locis † contra hos ingreſſus multa ſcribuntur, quia ſunt 16
odioſi Concil. Trid. Seſſ.24. c.14. & in conſtit. 104. p. 2. Pii V.
Coadiutores † Sedem per gradus antiquitatis acquirunt, ſi 18
verè

verè Rota cenſuit coram bonæ mem. Penia Salmantinis &
Tiraſonenſibus, quas deciſiones reperies apud Marcheſ.
tom.1. de appellat. ab execut. brev. §.1. dec. 28. & §. 2. dec. 46.
apud Garciam *d. cap. 5. num. 78. & 138.* Rotæ ſententiam
19 ab ſtatuto Sedis noſtræ par. † 1. cap. 3. admiſſam fuiſſe vide-
tur, nam in illo ſic cavetur; y ſi alguno entrare por Coad-
jutor, de Dignidad, Canonigo, o Racionero, o Beneficia-
do tiene lugar del dia de ſu poſſeſſion, como eſtà dicho. Co-
20 adjutorum † uſus non videtur omninò improbandus, ſi
non ſolius ſucceſſionis & ſanguinis, ſed meritorum & pro-
batæ vitæ habita ratione utilitatis Eccleſiæ introducatur.
Thom. Campeg. *de Coadiutore Epiſcop. n.* 12. Neque obſtat
21 votum † captandæ mortis conſideratum *in cap. 2. de conceſſ.*
præbend. quia deſiderium malum convertitur contra machi-
nantem, *iuxta illud Num. c. 22.* & ut ait Seneca *epiſtola* 10.
turpiſſima vota Diis inſuſurrant, ſi quis admoverit aurem,
conticeſcent. Pluribus conatur defendere Coadjutorum
ſtylum Joan. Baptiſta Valenzuela *conſ. 98. à n. 37.* Et ſi pra-
vus ſequatur eventus, is diverſus omninò eſt ab intentione
concedentis, cui non debet imputari, ut conſiderat Ma-
ſtrillus *de magiſtrat. cap.25. num.4.* ubi multa circa conceſ-
ſionem officii poſt mortem Vacaturi.

Ultimò, quia ſine dubio videtur Epiſcopum debere pro-
cedere cum Adjunctis contra Coadjutores, ſive Garciam
ſequaris *d. c.5. par. 4. num. 95.* dum ait Epiſcopum contra
actu ſervientem Coadjutorem ſolum & independenter
22 procedere ſi modò † citando, capiendo, vel informando
prævenit ſervitium actuale ad Maſcardum *de probat. par. 2.*
23 *concluſ.* 1232. Sive ſequaris † declarationem Sacræ Congre-
gationis ab eo relatam *in dict. cap. 5. ubi additio n. 96.* quæ
cenſuit procedendum eſſe cum Adjunctis contra Capitula-
rium Coadjutores, ſi ex forma Coadjutoriæ colligatur, Co-
adiutori conceſſa fuiſſe privilegia, quæ habent Coadiuti;
nam ſtylus obtinuit coadiutoribus concedi plenam, libe-
ram, omnimodam facultatem, & auctoritatem in ſpiritua-
libus, & temporalibus ea faciendi, quæ poterant facere co-
adjuti. Si ergo in honoribus, & oneribus Coadjutores
jure principalium cenſentur, quid mirum ſi criminali-
ter acti de Adjunctorum conſilio & aſſenſu cenſean-
tur?

Contraria tamen ſententia verior mihi ſemper viſa fuit,
ut noviſſimè multis declarationibus defendit additio ad
Garciam *4. par. cap. 5. nu.* 96. Nam coadiutoria beneficium
24 non eſt. Ideò † Coadiutor non tenetur ad officium Cano-
nicum recitandum, ſed proprietarius, Navar. *in c. ſi quan-*
do præludio 5. num.10. de reſcript. Campeg. *de Coadiutor. Epi-*
ſcop. num.8. Gambarus *de offic. legati lib.4. nu. 285.* Redoa-
nus *de Simon. 2. par. cap.28. cap. de rectoribus, & ſequenti-*
bus, ubi Abbas *de cler. ægrot. cap. grandis ubi communis de*
ſupplen. neglig. prælat. Suarez *de religione tract. 4. lib. 4. num.*
19. ubi advertit nihil obſtare quod illa jura, & eorum in-
terpretes loquantur de Coadjutore ſine futura ſucceſſione,
quia futura ſucceſſio non dat jus in re, ſed ad rem, & fi-
lius Regis non eſt Rex, licèt futuram habeat ſucceſſionem.
25 Beneficium † Coadiuvati non vacat uſque ad ejus mortem,
& ideò non ſubjacet publicationi, Puteus *lib.3. deciſ. 225. &*
26 *deciſ. 236.* Coadiutor † non conſequitur fructus ex benefi-
cio coadiuti *deciſ. 285. lib.3. par. 3. diverſ.* Navar. *conſ. 2. n.*
3. de cleric. ægrotan. Garcia *de benef.4. par. c.5. n.78.* Coadiu-
27 tor † non tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſativam,
ideſt, ut de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſolu-
ta, Mendez *lib.4. diverſ. iur. argum. c.1. n.8.* Fabricius *in pra-*
xi de offic. lib.2. cap.8. n.21. Gonzal. *reg.8. gloſſa 5. §.9. n.63.*
28 Barboſa *ad Tridentinum Seſſ.24. c.17. n. 13.* Coadiutoria †
non inducit incompatibilitatem ex eiſdem Doctoribus. Il-
29 lud autem quod dicitur † coadiutorem non teneri ad reſi-
dentiam præciſam, intelligendum eſt, niſi in coadiutoria
ſit impoſita neceſſitas inſerviendi, ſi enim ſit impoſita, vel
per verbum *debeat*, vel teneatur, præciſè tenetur reſide-
re, & ob non reſidentiam poterit privari, ſervata tamen ju-
ris forma, *de qua in c. ex tuæ de cler. non reſiden. gloſ. verbo*
30 *Canonibus in c. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt.* ut † &
fuit privatus Franciſcus de Sylos muſicæ præfectus in
hac alma Sede, Coadiutoria portionis in Eccleſia Tiraſo-
nen. *die. 14. Ianuarii anno 1611. ut latius in dec. Rotæ 276. p.*
1. recentiſſ. Farinac. Coadiutores † ſibi non optant, ſed co- 31
adiutis, Monet. *de optione Canon. c.4. q.8. n.152.* coadiutores
olim vocabantur † curatores, Quintana Duennas *lib.2. Eccl.* 32
c.1. nu. 21. & 30. curator autem in bonis puberis nihil pro-
prium habet. Coadiutores ſunt † expectantes, ut ſupra in 33
argumentis, & probatur, quia coadiutoria eſt conditionalis
gratia, ut Paulus Pariſ. *conſ. 83. vol. 4.* quem ſequitur Uba-
mes *de elect. conſ.16. n.13. & 15.* quæ tribuit ſpem debitum
iri, *§. ex conditionali inſtitut. de verb.* ſive effulgens ſpes, ut ex
Caſſad. *dec. unica de pactis*, colligit Ubameſius *ibidem n.* 12.
at Canonici expectantes præbendam dicuntur Canonici in
herbis, & habentes jus ad rem, & non ſunt veri Canonici,
gloſ. verbo receperit in c.1. de cler. non reſiden. lib.6. Hoſtienſis
in c. ſuper inordinata n.9. de præb. & in c. conſtitutus n. 10. de
reſcript. & plures alii quos refert & ſequitur Maſtrill. *deciſ.*
130. n.27. Leo in theſauro *2. p. c.4. n.63.* Farin. *in recentiſſ. 1. p.*
dec.456. & 637. Marcus *dec.1043. n.3. qui n.6.* Ex communi
† praxi probat Canonicum ſupernumerarium nihil accipe- 34
re debere, quia eſt Canonicus fictus, Marcheſ. *de appellat. ab*
execut. brevis p.1. c.1. n. 169. Si vacet † coadiuti beneficium 35
de menſe quo nominatio pertineat ad Regem non cenſetur
derogata ejus nominatio præventione iſta Pontificia, quam
ſic appellat Marc. *q.16. n.2. & 8. & q. 384.* ut de expectanti-
bus poſtponendis nominatis à Rege Franciæ docet Fabr. *in*
praxi de titulo n.21. fol.262. ubi additio lit. I, & ſecundùm jus
† eſt ut Regibus patronis Pontifices non præſumantur mo- 36
liti, tentare, vel connari in derogationem *cap. dilectus 34.*
de præbend. proſequitur Boetius *heroicarum q. lib.1. de rega-*
libus n.16. quod ſpecificius confirmo ex his quæ de concor-
datis Germaniæ per dationem coadiutoriæ non derogandis
cenſuit Caſſadorus *deciſ. unica de pactis*, confirmatur ex
his, quæ de non admiſſa à Carolo V. Imperatore Philippi
Urries creatione in Epiſcopum Oſcen. Coadiutoris dati
cum futura ſucceſſione D. Joanni ab Aragonia & Navarra,
ſine Caroli aſſenſu enarrat Iriarte *de excellentiis Oſcæ lib.3.*
cap.23. anno 1526. in fine. At concordiam illam Germaniæ
lucidatam obſervande lector perlege apud Hieronymum
Gonzal. *regula 8. gloſ. 51. nu. 99. & per totam gloſſam 25. de*
qua concordia loquitur conſt. 18. Gregorii XIII. in Bullario,
de præſervatione iurium regum, congerit Gonzal. *reg. 8. gloſ.*
2. in proœm. à num. 36. Cenedo *quæſt.22. num. 26.* Proſequi-
tur illuſtris admodum D.D. Auguſtinus Morlanes Fiſci Re-
gii Strenuiſſimus Advocatus, paternæ juriſprudentiæ hæres
& pater D.D. Didaci de Morlanes ingenio, prudentia, no-
bilitate & diuturna in ubere librorum ſuorum copia expi-
landa aſſiduitate *in alleg. ad proceſſ. Proc. Fiſc. contra reſign.*
& Coadiu. Sed Metrop. maximè §. 4. Coadiutor fidem pro-
fiteri non tenetur † ut contra Acoſtam de Andrada *ad Bul-* 37
lam cruciatæ quæſt. 73. docet Garcia *de benef. part. 3. cap. 3.*
ubi additio num.16. Cæteri Capitulares fidei profeſſionem,
& coram Epiſcopo, vel ejus Vicario & in Capitulo facere
tenentur, *ut Trident. Seſſ. 24. cap.12. §. proviſi de reformat.*
de qua latiſſimè Sanchez *de præcept. Decal. lib.2. cap. 5. ma-*
ximè num. 7. Coadjutor † non lucratur diſtributiones, ex- 38
communicato coadiuto, quia excommunicatus ſi per ſe
non poteſt aliquid agere, nec poterit procuratorem *cap. fin.*
de procurat. ubi Imola *num. 6.* & ſatis eſſet indecorum alie-
num à communione fidelium ex ſuffragiis Eccleſiæ, cui
non paret, alimoniam recipere, Leo *dict. 2. part. c. 4. nu-*
mer. 68. Gonzal. *dict. §. 9. nu. 124.* Coadiutoria † res eſt 39
valdè odioſa & reſtringibilis *cap.2. de conceſſ. præbend. ibi:*
turpe eſt ſi in Eccleſia Dei locum futuræ ſucceſſionis expectatio
habeat, cap. dilectus 19. de præbend. ibi: vacaturam expecta-
re præbendam Lateranenſi Concilio non ſit dubium obviare,
cap. 5. Seſſ. 25. de reform. in Trident. Mohedan. *deciſ. 333.*
Gambar. *de auctor. legat. lib.5. cap. de Coadiutoribus nu. 13.*
ubi conqueritur Coadiutores hodie potius eſſe hæredes
pædagogo indigentes, proſequitur Theſaur. *dict. cap. 4.*
numer. 69. multis rationibus in officiis ſæcularium hoc ip-
ſum comprobat loquens de futura ſucceſſione promiſſa,
Maſtrillus *in tractat. de magiſtr. part. 1. capit. 25. à numer.*
10. Coadiutorias † ſtylus introduxit Caſſador. *deciſ. 2. nu-* 40
mer. 2. de reſtitut. ſpolia. Mandoſ. *de ſignat. gratiæ tit. de Coad-*
iutor.

inoff. teſtamen. c. cum expediat de elect. in 6. Hoc confirma-
tur per argumentum ab ſpeciali, nam quando agitur de
correctione morum Tridentina Synodus voluiſſe videtur
appellatione viſitationem non ſuſpendi. Sic enim reſpon-
1 dit Epiſcopo Abulen. Amplitudinem † tuam, non poſſe re-
cuſari, ſi modò ſine figura & ſtrepitu judicii procedens pœ-
nas imponit delictorum non ordinarias, ſed eas tantùm
quæ morum emendationem reſpiciunt. Pondera dictio-
2 nem illam taxativam, † *tantùm*, quæ alios caſus excludit,
l. 1. C. de patr. poteſt. Dec. *conſ.* 183. *nu.* 1. & plures quos re-
fert, & ſequitur Cenedo *ſingulari* 21. declarationem verò
Cardinalium invenies apud Farinac. *in dict. cap. 6. §. quando
Epiſcopus viſitaverit verſ. ad* 9. apud Marcillam *lib. 4. tit. 7.
cap.* 20.

3 Secundò, quia ſi modus † exceditur in viſitatione, quan-
tumcunque appellatio prohibeatur ſuſpendere, vel devol-
vere, & devolvet, & ſuſpendet, ut obſervat Navarr. *conſ. 2. de
appell.* Caved. *ſupra lib. 1. c. 19. n. 9. §. cùm igitur*, Scac. *de appel-
lat. q. 17. limitat. 26. n. 12.* Zevallos *de violent. q. 27. n. 2.* alios
non allegatos, vide apud Valenzuelam *conſ. 43. n. 153.* quæ
ſententia jure fulcitur in *cap. irrefragabili, de offic. ordinar.*
ubi cùm ageretur de reformatione morum (quod proprium
viſitationis munus eſt, *ut in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. de re-
form. & cap. 10. ſeſſ. 24. & cap. 1. §. ſane de cenſibus lib. 6. di-
ximus ſupra quæſt. 24. fundamento* 1. hæc verba ſubjiciuntur.
Nulla appellatio valeat impedire, niſi formam in talibus
exceſſerint obſervandam, idem probatur *in cap. novit* 43.
extra de appellat. ibi ab executoribus appellari non poſſit,
niſi forſan modum exceſſerint in exequendo. Contraria
4 tamen ſententia † in genere ſumpta verior eſt, & proba-
tur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 22. cap.* 1. ibi: nec appellatio
executionem hanc quæ ad morum correctionem ſpectat ſu-
ſpendat & ſeſſ. 24. cap. 10. & tam appellatio quàm inhibi-
tio caret effectu quoad impediendam viſitationem *cap. 1.
ſeſſ. 13. c. 3. ſeſſ. 24. de reform. in Tridentino proſequitur*, Re-
ſta *in directorio par. 1. c. 1. & 5.* latiſſimè Scacia *de appell. d. q.*
5 17. *limitat. principali* 26. Per prædicta etiam † non fuit ad-
miſſa appellatio interpoſita per confraternitatem laicorum
à decreto Epiſcopi illam viſitantis, ut Sacram Congregatio-
nem cenſuiſſe teſtatur Gratianus *deciſ. 188. num. 10. quod eſt
conforme iuri communi in cap. ad noſtram* 3. ubi Felin. *nu. fin.
de appell.* & Francus *in cap. reprehenſibilis n. 9. & 13. eodem*
6 *titulo in 6.* Gratianus *ſupra num.* 2. Id ſic † rigoroſè in Sicilia
obſervatur, ut à ſententiis latis in Supremo Conſilio contra
Magiſtratus viſitatos in generali viſitatione, nulla detur
appellatio, neque reviſio ex mandato Regio expreſſo de
quo meminit Bovadilla *lib. 5. polit. cap. 1. num. 122. & 129.*
Maſtril. *de magiſtrat. lib. 6. c. 12.*

Neque contrarium probant conſiderationes ſupra poſi-
tæ, non prima, quia ſatis conſtat ex ſupra dictis locis Con-
cilii, de ejus voluntate ad impediendam appellationem in
viſitatione. Rurſus declaratio Sacræ Congregationis per
7 dictionem † illam, *tantùm*, non excludit ſimiles caſus, Jaſ.
in l. 1. nu. 10. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemp. Sebaſtianus Me-
dices *de diffinition. p. 2. c. 1. n. 6.*

Non obſtat ſecundum quia eſt ſpeciale, caſu quo modus
8 exceditur, modus autem excederetur, ſi viſitatio non fieret
ea pompa & ſolemnitate, quam commemorat Silveſt. *verb.
viſitatio*, §. 4. & Zerola *in praxi eodem verbo §. ad 5. p. 1.* Fa-
rinac. *in d. cap. 6. §. quando Epiſcopus*, & Marzilla *lib. 4. tit.
7. cap. 20. verſic. ad* 8. Item ſi aliquid præciperetur contra
ſtatutum, vel inveterata Eccleſiæ conſuetudinem Cardinal.
in cap. 4. de appellat. ubi Decius *num. 6. verſ. ſed conſideran-
dum eſt.* Item ſi caſus damnum irreparabile contineret, ca-
ſus iſtos enumerat Riccius *in praxi dec.* 503. 504. & 505. &
Barboſa, & ab eo relati *in cap. 20. ſeſſ. 24. num.* 8. Item ſi Epi-
ſcopus procederet in exemptos, ſeu aliàs privilegiatos con-
tra eorum privilegium, Lancellot. *de attent. par. 2. c. 11. li-
mitat.* 18. *n.* 2. Marcheſan. *de appellat. extra Rom. curiam p.
1. c. 6. num.* 127. quos refert & ſeq. Riccius *reſolut. pract. cap.
7. nu. 3. amplia.* 3. §. 1. Item ſi Epiſcopus in viſitatione proce-
deret contra Capitulares ſine adjunctis, quod facere poteſt,
dummodo pœnam non imponat ordinariam, ſed eam quæ
morum correctionem reſpiciat *ad tradita in dec. 321. par. 2.
diverſ. & ad declarata per Illuſtriſſimos*, teſte Farinac. *d. c. 6.
Seſſ. 25. §. quando Epiſcopus, verſ. ad ſecundum*, & Marcilla
lib. 4. tit. 7. c. 20. & tamen ſub prætextu correctionis, proce-
deret ad capturam, excluſionemque ab actibus canonicali-
bus, quod magis convenit judiciali cognitioni, quàm cor-
rectionali, *l. quod ad ſtatum, ff. de pœnis*, Menoch. *de arbitr.
lib. 1. q. 82.* Gonzal. *reg. 8. gloſ. 9. à n.* 17. Valenzuela *conſ. 43. n.
104. & 144. & 156.* vel ſi indebitè carceraret, *ut ſupra q. 20.
n.* 13. & tandem ſi finis principalis viſitationis deeſſet, qui
eſt potius emendatio, quàm punitio, Guillemart *ad Triden.
Seſſ. 6. cap. 4. in prætermiſſis pag.* 681.

S V M M A R I V M.

INtellectus Concilii Trid. c. 8. & 9. Seſſ. 22. n. 1.
Oropeſani Comitis patronatus, n. 2. & 20.
*Fundandum beneficium plures conditiones admittit, quàm fun-
datum, n. 3.*
*Panormitanus in cap. cum dilectus notab. 5. de conſuetudine,
n. 4. & 21. declaratur.*
*Epiſcopus unam Eccleſiam poteſt eximere à viſitatione de con-
ſenſu Capituli, n. 5.*
*Viſitationis exemptio non poteſt concedi ab Epiſcopo, n. 6. etiam
de conſenſu Capituli, n. 7.*
Viſitatio in limine fundationis tolli non poteſt, n. 8.
Viſitatio cur tolli non poſſit, n. 9.
Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ in quærendis, n. 10.
Viſitatio & procuratio in præſcriptibiles ſunt, n. 11.
*Viſitatio & procuratio in parte tolli poteſt, ſed non radicitus, n.
12. & 18.*
Calataiubii Vicarius generalis, n. 13.
Epiſcopus permittit collationem inferiori, n. 14.
Parochiarum permutatio Epiſcopis non permiſſa, n. 15.
Epiſcopus præſumitur nihil ignorare de ſua Diœceſi, n. 16.
Capellæ Regiæ viſitatio, n. 17.
Conditio, ut ordinarius nullo modo ſe intromittat, n. 19.
*Epiſcopus viſitat quando aliàs eſt prohibitus ſi datur negligen-
tia illius, cui de iure competit viſitare, n. 22.*
Vnitum beneficium deſinit eſſe tale, n. 23.

QUÆSTIO VIGESIMASEPTIMA.

An Epiſcopus poſſit ſubditos eximere à Viſitatione?

ET quod poſſit eximere, videtur probari ex Concilio
Tridentino † *c. 8. & 9. Seſſ. 22. de reformatione*, cujus 1
textus auctoritate docet Garcia *de benef. par. 1. c. 2. n.* 98. fun-
datorem poſſe in limine fundationis jubere, ne Epiſcopus
ſe intromittat in viſitatione operis pii etiam Capellaniæ col-
lativæ, *ut in cauſa Capellaniæ, & Hoſpitalis de Olmedo Sa-
cram Congregationem declaraſſe refert*, & Farinac. *ad d. c.* 8.
& repetit Marcilla *lib. 2. tit. 6. c.* 2. & eſt in ſpecie deciſum
per Ludoviſium, nunc Greg. XV. *deciſ. 4. &* 8. Et in caſu
Capellaniarum † patronatus domini Joannis Alvarez de 2
Toledo Monroy & Ayala, Comitis de Oropeſa & Deley-
toſa, Herois pietate prudentia, modeſtia, divitiis, in pau-
peres miſericordia, & in omnes liberalitate ſumma ſæculi
illius admiratione præſtantiſſimi, idem Garcia *d. n. 98. pro-
loquitur*, quod abſque dubio † procedere videtur in benefi- 3
cio fundando, non etiam fundato, per regulam illam,
quod fortius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, & fa-
cilius abdicatur à nobis jus quærendum, quàm quæſitum,
*c. quemadmodum in fine de iureiurando, Clemen. gratiæ de re-
ſcriptis, l. qui autem, ff. de his quæ in fraud. cred.* docet Lam-
bertinus *de iure patr. q. 9. art. & lib. 1. num. 115. fol.* 71. cujus
ſententiæ authorem exiſtimat eſſe † Panormitanum *in cap.* 4
cum dilectus notab. 5. de conſuetud. Felinus *in c. cum venerabi-
lis n. 33. de excep.* Rochus de Curte *de iure patron. verbo pro
eo quod n. 26. ad med.* Gutier. *in l. nemo poteſt de leg. 1. n.* 451.
Gonzalez *regula 8. gloſ. 5. n. 48. quod melius comprobabis ex de-
claratione Sacræ Congregationis*, quam refert Guillemart *ad
Tridentinum prætermiſſis pag. 686. §. antep.*

Secundò, quia Epiſcopus † de conſenſu Capituli concur- 5
rente cauſa legitima poteſt unam Eccleſiã à viſitatione im-
mu-

munem reddere, Calder. *conſ.* 267. Put. *deciſ. 115. lib.* 3. Ric-
cius *collect.* 1228. Tuſchus *lit. V, concl. 221. n.* 5.

6 Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt, † probatur
ex multis docentibus Epiſcopum non poſſe concedere ali-
cui pio loco, ne illum poſſit viſitare, & corrigere, Federi-
cus de Senis *conſ. 111. n. 2. &* 3. Fuſchus *verbo viſitatio concl.*
7 218. *n.* 24. Etiam ſi hujuſmodi † conceſſio facta fuiſſet de
conſenſu Capituli, Abbas *in c. cum venerabilis n. 3. de cenſi-*
8 *bus*, etiam ſi patronus in fundationis † limine exemptionem
peteret ab Epiſcopo, nam nec tunc Epiſcopus poſſet conce-
dere Quintil. Mandoſius *de ſignat. grat. titulo de exemptione
ab Epiſcopo, §. exemptio ab ordinario*, Federicus de Senis
conſ. 247. Tuſchus *dict. concl. 221. lit. V, num.* 2. optimè Mar.
9 Muta *deciſ. 58. Sicula num.* 29. quia Epiſcopus, † nec ex-
preſsè, nec tacitè viſitationem poteſt renuntiare, ut tenuit
Rota *dec. 2. de cenſibus in antiquis per tex. in cap. paſtoralis 7.
de donat. ubi gloſ. verbo Cathedraticum.* Ratio redditur ab
Imola *in cap. cum ex officii nu. 1. & 7. de præſcript.* Scilicet;
quia viſitatio pertinet ad utilitatem publicam, cui privato-
rum pactionibus non poteſt derogari, *cap. ſi diligenti de for.
compet.* & facit deciſio Achillis 15. *nu. 3. de præſcriptionibus*,
& ex omiſſione viſitationis ſequeretur impunitas, contra
quam rigoroſa ſit interpretatio Alex. *in lege 1. numer. 25. de
verbor.* quem ſequitur Seraphinus *deciſ. 393. num.* 13. Et ge-
10 nerale † eſt Prælatum qui potuit quærere Eccleſiæ, & non
quæſivit teneri ad intereſſe, *argumento textus in l. quicquid
C. de arbitr. tut.* Rebuff. *in compend. alien. nu. 31. &* 32. Do-
ctores relati & ſecuti à Mandoſio *ſupra §. amplio etiam.* Ex
11 quibus † hæc duo ſubjectionis ſigna in præſcriptibilia repu-
tantur, ſcilicet viſitatio, & ſolutio procurationis, Roman.
conſ. 371. incipit in propoſita n. 6. in fine, quod intelligendum
12 eſt de præſcriptione totalis † procurationis omnium Eccle-
ſiarum, Calder. *conſ. 6. de offic. delegat. & conſ. 5. de rebus
Eccleſ.* Lapus *allegat. 30. num. 9. verſ. licet*, Tuſchus *lit. V,
concluſ. 221. n. 3. 6. & 7.* & de præſcriptione totalis viſitatio-
nis Calder. *conſ. 453. aliàs 11. de cenſibus*, nam ut Panormi-
tanus ex Joanne Andrea docet *in cap. venerabilis n. 5. de cen-
ſibus*, Epiſcopus poteſt per modum cujuſdam Vicariæ perpe-
tuæ concedere inferiori, ut recipiat nomine ſuæ dignitatis
jura viſitationis, vel viſitationem faciat, Zabar. *conſ. 131. n.
2. verſ. ad ſecundum*, Tuſchus *d. concluſ. 221. n.* 4.

13 Rei hujus optimum † exemplum eſt in Epiſcopatu Tira-
ſonen. ubi Calatajubii Vicarius generalis diuturnitate tem-
poris, ſic privativè de cauſis ad forum Eccleſiaſticum per-
tinentibus per viam contentioſam, vel voluntariam, co-
gnoſcit, ut abſque magno populi ſcandalo, & inhibitio-
nis obſtantia Juſtitiæ Aragonum, Vicarius principalis Ti-
raſonenſis, ſive in rebus juſtitiæ, ſive gratiæ illius Archi-
diaconatus non procedat, qui Vicarius generalis, quod
poſſit eſſe executor mixtus Apoſtolicus, non obſcurè colli-
ges ex traditis à Flores *var. lib. 1. q. 4. n. 7. & ſequent.* An ve-
rò iſtius Vicarii introducta juriſdictio firmo teneat pede,
Paulus Æmilius narrat *deciſ. 306. n. 4. p.* 1. & dominus meus
Don Michael Martinez del Villar Supremi Aragonum con-
ſilii celebris Conſultus, & ſuorum anteceſſorum integrita-
te literis & nobilitate meritiſſimus ſucceſſor *in lib. de patro.*
14 Bilbil. *2. p. art.* 8. Simili modo † & Epiſcopus inferiori per-
mittit collationem, poſtulante ſic fundatore in erectione
beneficii, Macerat. 1. *var. c.* 12. Riccius *in praxi dec. 163. n.
81. in fine*, & ut latius in Canonicali *par. 2. c.* 36. è converſo
15 contra totalem † ab raſſionem juriſdictionis alicujus Eccle-
ſiæ, Riccius *in praxi deciſ.* 542. exemplum proponit cujuſ-
dam Epiſcopi, qui cùm per mutare voluiſſet parochiam ſuę
Diœceſis cum alia Neapolitani Archiepiſcopi non fuit per-
miſſus ex ſupra dictis, & ne reſidentiæ ſuæ, per obliquum,
fraudem faceret ad quam de jure divino directo obſtringi-
tur *cap. 1. Seſſ. 6. de reform.* in Tridentina plures allegat Ric-
cius *d. deciſ.* 542.

16 Pro ſuperiori noſtra ſententia facit, quod Epſcopus †
præſumitur nihil ignorare ex his quæ pertinent ad ſuam
Diœceſim, quia reſidere & viſitare tenetur, Anchar. *conſ.
117. circa finem*, Alexan. *conſ. 94. nu. 13. lib.* 5. Aymon. *conſ.
128. n.* 1. Rota *dec. 6. n. 3. de iure patronat. in novis.* Seraphi-
nus *deciſ. 337. n.* 6. Farinac. *deciſ. 638. n.* 3. Si viſitatio in hoc
caſu radicitus evelleretur, cogeretur ignorare, quod ſcire
tenebatur, quare etiam Capella † Regia Epiſcopi ſubjectio- 17
ni ſubeſt quoad generalia, licèt quoad particularia libera
ſit, juxta ea, quæ tradit Rota *dec. 744. p. 1. diverſ. pro decla-
ratione textus in cap. cum Capella, de privileg. & Tridentini
Seſſ. 24. c. 11. de reform.* Et quod † totalis exemptio à viſita- 18
tione pro iniqua reputetur, colliges ex traditis à Lamber-
tino *de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 1. n. 25. & ex his quæ
diximus q. 24. fundamento* 1.

Non obſtat prima dubitandi ratio, † quia verius eſt in 19
Capellaniis collativis, quæ jam ſpiritualizatæ ſunt omninò
rejiciendam eſſe illam conditionem, ut ordinarius nullo
modo ſeſe intromittere poſſit, quia non poterit facere, quin
leges in ſuo teſtamento valeant, *l. nemo poteſt, ff. de legat.*
1. ubi Gutier. *n. 450. & ſequentibus*, Rota *deciſ. 10. de teſta-
mentis in antiquis*, Rochus de Curte *de iure patronat. verbo
pro eo quod num.* 25. Gonzal. *reg. 8. gloſſa 5. in principio n.* 42.
Mandoſ. *de ſignt. grat. cap. de exemptione ab Epiſcopo, §. am-
plius etiam*, & melius præ aliis Fuſchus *de viſitatione lib. 2. c.
11. à n.* 13. & plures quos congerit *deciſio 30. nu. 5. par. 2. re-
centiſſimarum.*

Nec contrarium probant † caſus propoſiti à Garcia *ſupra* 20
d. num. 98. & ſequent. non ille Comitis de Oropeſa, nam in
brevi *S. D. N. Pauli Papæ V.* in favorem illius conceſſi, Ho-
ſpitale, & Collegium non etiam Capellaniæ collativæ exi-
muntur à viſitatione, nec dictum Hoſpitale, & Collegium
eximerentur, niſi concurrente illa ratione, quam refert ex
brevi Pauli, Garcia *num.* 101. ſcilicet, quia itineris difficul-
tate præpeditus Epiſcopus Abulen. raro in dicta Villa per-
ſonalem reſidentiam exercet. Alter caſus Hoſpitalis de Ol-
medo de miſſis in quadam Capella celebrandis, non de Ca-
pellania collativa loquitur. Vel aliter reſponde quod Epi-
ſcopus ibi non fuit ſpecialiter excluſus, ut requiritur à Con-
cilio Tridentino *Seſſ. 22. cap. 8. & eius interpretibus*, ideò
viſitationem competere Priori cumulativè ad Epiſcopum
non privativè, ut ad hunc ſpecialem caſum deciſum fuit à
Rota *deciſ. 33. par. 2. recentiſſ. caſu prius diſputato, ut in dec.
30. dict. par.* 2. Nec Doctores † Panormitanum ſequentes, 21
diverſi ſunt ab hac ſententia, cùm intelligendi ſunt iuxta
mentem Panormitani, quem referunt, & quem ſequun-
tur hunc verò colligendæ ſententiæ alterius Doctoris mo-
dum amplectitur Rota *deciſ. 52. num. 36. par. 2. diverſorum*,
Covar. 2. *variar. cap. 6. num.* 4. Menoch. *de retinend. remedio
3. num.* 270. At Panormitanus loquitur de Epiſcopo qui po-
teſt in fundatione Eccleſiæ, ad petitionem patroni, tranſ-
ferre in alium ius ſibi ſpecialiter competens, ut & ſe ſpe-
cificius declarat *in cap. cum venerabilis num. 5. de cenſibus*,
quo caſu non viſitatio radicitus evellitur, ſed moderamen
accipit, *ut dixi ſupra.*

Quicquid autem ſit † in caſibus quibus Epiſcopus ex- 22
cluditur à viſitatione, data negligentia eorum quibus con-
ceſſa erat viſitatio, ſuccedit Epiſcopus in poteſtate viſitan-
di, ut probat textus *in cap. tua nobis de teſtamen.* & latius
Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 481. nu. 15. & ſeqq.*
optimè Seraphinus *dec. 611. num.* 6.

Non obſtat illud, quod adducebamus *ex conſilio* 267.
Calderini, & aliorum, quia loquuntur in caſu ſpeciali quan-
do Eccleſia unitur Monaſterio exempto, quo caſu unitum
deſinit eſſe jam beneficium, & incipit eſſe prædium alterius
loci cui fuit unitum, & ut tale judicatur Mandoſius *reg. 19.
q. 10. n. 2. & 3. & regula 22. q. 13. à nu.* 18. & quam plurimi
alii quos refert, & ſequitur Garcia *de benef. par. 12. cap. 2.
num.* 12.

Quod ſi (Lector amantiſſime) dicta ſupra, tibi ſatis non
faciant, recurre ad *deciſ. 30. par. 2. recentiſſ.* ubi caſus viſita-
tionis de Olmedo diſcutitur plenè.

S V M M A R I V M.

PRoceſſus appellatione intelligitur prima citatio, n. 1.
Citatio perpetuat iuriſdictionem, n. 2.
Proceſſus fit quomodocumque perveniatur ad cauſam, n. 3.

iutor. plura congerit ad propoſitum Gonzal. *regul.* 8. *gloſſ.* 5.
41 §. 9. *à num.* 42. Coadjutores antianitatem † non à die eo-
rum admiſſionis, ſed à ceſſationis Coadjutoriæ die adipi-
ſcuntur, nam Coadjutor vivente Coadjuto ex perſona pro-
pria non habet poſſeſſionem beneficii, actus quos facit
non ſibi, ſed Coadjuto facit, nihil aliud poſſidet quàm
adminiſtrationem Coadjutoriæ, quæ poſſeſſio ceſſat ceſ-
ſante Coadjutoria, non capit poſſeſſionem, niſi poſt mor-
tem Coadjuti, quas omnes rationes juribus, & Doctori-
bus confirmat duplex deciſio Hiſpalenſis *ſcilicet* 456. *&*
637. *p.* 1. *recentiſſimarum Farinac.* Unde ſi Coadjutor præ-
tenderet prælationem, non audiretur, niſi poſſeſſionem
& adminiſtrationem proprio nomine habitam probaret
Fabricius *in praxi de aliis quib. iuribus n.* 19. *&* 21. *pag.* 158.
Quod confirmatur ex generali conſuetudine Hiſpaniæ,
quæ obtinuit Coadjutores Canonicis noviſſimè receptis in
Sede poſtponi, de qua conſuetudine teſtimonium perhi-
bent Garcia *d.* 4. *p. cap.* 5. *n.* 73. Gozal. *d. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 98.
42 Item ex † conſuetudine juri innixa Luſitaniæ, ſecundùm
quam Senator honorarius prior data & poſſeſſione, præce-
ditur à Senatore honorario, poſteriori poſſeſſione & data,
actu tamen ſervienti & adminiſtrationem habenti *argum.*
tex. in l. 2. *C. ut dign. ord. ſerv.* atteſtatur Cavedo *p.* 1. *dec.* 4. *n.*
43 7. & generale eſt † ut qui aliena dignitate fulget, non præ-
feratur ei qui propria dignitate coruſcat, Dec. *in c. ſane il* 2.
n. 12. *de offic. delegat.* quod contra Coadjutorum præceden-
tiam allegat Leo *in theſauro for. Eccleſ. p.* 2. *c.* 6. *n.* 58. *&* 60.
Garcia *d.* 4. *p. c.* 5. *nu.* 133. Omnia ſupra dicta confirmantur
ex Sacra Rituum Congregatione de qua deponunt Quaran-
ta in *ſumma Bullarii verbo Archiepiſcopi auctoritas nu.* 12. *ubi*
additio lit. B, & Garcia *in addition. d. c.* 5. *n.* 96. Ubi cenſuit
44 Archiepiſcopo † Coadjutori etiam cum futura ſucceſſione
non licere civitatem ingredi pontificaliter, uti Cruce, circu-
lis Canonicorum, largitione indulgentiarum, neceſſaria
non etiam urbana Canonicorum aſſociatione, his rationi-
bus quia non habet jus in re, ſed ad rem, poteſt eſſe, ut præ-
moriatur coadjutor antequam ſit Archiepiſcopus, quia ca-
ret juriſdictione, & dignitate, & quia non eſt caput Cano-
nicorum, idem ex brevi Pauli V. 16. Septembris anno 1606.
cujus copiam reperies apud Franciſcum Suarez *de religione*
tract. 4. *lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 22. *n.* 19. Garcia *ſupra p.* 3. *c.* 1. *num.*
109. *& d. c.* 5. *n.* 96. & ex Sacra Rituum congregatione *dict.*
45 *deciſ.* 456. *n.* 9. *par.* 1. *recentiſſ.* † ubi declaratum fuit Cano-
nicorum Coadjutores viventibus coadjutis non eſſe haben-
dos pro veris Canonicis, etiam ſi coadjutores ſint cum fu-
tura ſucceſſione, quia non habent jus in Canonicatu, ſed
ad Canonicatum, unde non ſunt Capitulares, ideò & non
datur tempus recreationis trimeſtre unum coadjuto, &
aliud trimeſtre Coadiutori, Stephanus Gratianus *diſceptat.*
forenſ. c. 166. quæ omnia apertè probant Epiſcopum non
reſtringi de Adjunctorum conſilio & aſſenſu contra Capi-
tularium Coadjutores procedere. Id tamen ea conſidera-
tione radicitus fulcitur, nam Synodus Tridentina nihil ſic
ante oculos ſibi propoſuit quam Epiſcorum juriſdictionem
in Capitulares, illæſam, & intactam conſervare, ut pro-
bavi ſupra q. 2. in fundam. quod ſi adjunctorum uſum ad
non capitulares Tridentina Synodus voluiſſet protogare, ſi-
bi contraria videretur exiſtere.
46 Neque obſtant ex adverſo † conſiderata ideſt Coadjuto-
rem ad poſſeſſionem reſtitui, *quia ut dicitur in deciſ.* 456. re-
ſtituitur ad poſſeſſionem, quam habet non in beneficio, ſed
in ſervitio Coadjutoriæ.
Non obſtat quod Coadjutores admittantur cum clauſu-
47 la *ex nunc † prout ex tunc*, nam clauſula hæc non opera-
tur, ut tempus præſens conjugatur cum futuro vel è conver-
ſo Felinus *in cap. licèt cauſam num.* 6. *de probation.* Pariſ. *conſ.*
91. *num.* 66. *vol.* 2. Neguſantius *de pignor. par.* 2. *membr.* 2. *n.*
6. Tiraq. *de retract. convention.* §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 85. Mar-
cheſan. *de lact. par.* 3. §. 2. *num.* 90. nec rurſus conjungitur
48 tempori præterito, ita ut prævaleat veritati, nam hæc † re-
trotractio fit per fictionem, & fictio non eſt potentior veri-
tate, & naturalitate, niſi ſpecialiter ſit cautum per haben-
tem poteſtatem, *l. filio quem pater ff. de liber. & poſth.* Bart.
in l. 3. §. *hac verba ff. de nego. geſt.* Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ*
privileg. 17. *verſ. verum hoc non eſt*, *& in dicta dec.* 456. *nu.*
13. Non obſtat quod in hac † Sede Coadjutores quinden- 49
nia ſolvant, ſolvunt enim ex ſpeciali clauſula quæ in Pauli
V. gratia ſeu Brevi reperitur, qua ſolvere compelluntur ha-
bentes jus vel in beneficio, vel ad beneficium, diſcrimen
† habendi jus, vel in vel ad beneficium Abb. docet *in c. li-* 50
teris 29. *n.* 5. *de reſcrip.* Molin. *de iuſt. & iur. par.* 1. *tract.* 2.
diſput. 2.
Non obſtat † ſtatutum Cæſaraug. Eccleſiæ circa Sedem à 51
die poſſeſſionis habendam, quia poſſeſſionem non capit ni-
ſi poſt ceſſationem Coadjutoriæ, *ut in d. dec.* 456. *n.* 6. *& ſe-*
quentibus. Non obſtat conſideratio Garciæ circa Coadjuto-
rem actu ſervientem, & prævenientem, quia eſt ridicula
cùm ſit in poteſtate Epiſcopi rejicere informationem, ca-
ptionem vel citationem ad tempus, quo actu non ſerviat,
unde ſuccedit regula tex. in l. ſub hac de obligat. & action. Non
obſtat quod coadiutor admittatur ad prærogativas quas ha-
bet coadiutus, nam ut ipſe Garcia *d. nu.* 96. *reſpondit*, illæ
prærogativæ non extenduntur ad juriſdictionem adiuncto-
rum. Non obſtant aliæ conſiderationes, quæ ex fundamen-
tis pro hac parte adductis facile diluuntur, ſi diligenter per-
ſpiciantur.

SVMMARIVM.

Recurſus à quibus Doctoribus foveatur, *n.* 1.
Recurſus à deciſionibus publicis admittuntur, *n.* 2.
Recurſus à deciſionibus Romanis comprobantur, *n.* 3. *&* 15.
Recurſus exemplis confirmantur, *n.* 4.
Laicus cognoſcit inter Eccleſiaſticos ex delegatione Apoſtoli-ca, *num.* 5.
Siciliæ lai-clericalis iuriſdictio, *n.* 6.
Conſuetudo immemorialis vim tituli habet, *n.* 7.
Privilegium & præſcriptio differunt, *n.* 8.
Regalibus detrahere alienum eſt à mente Pontificis, *n.* 9.
Conſtitutio Martini contra trahentes clericos ad Tribunalia ſæcularia, *n.* 10.
Quis primum Bullam in cœna publicarit, *n.* 11.
Pontifices multi recurſus diſſimularunt, *n.* 12.
Recurſus ratione temporalitatis licitus in iure, *n.* 13.
Recurſus ſæculi legibus roboratur, *n.* 14.
Iudex poteſtatis limites excedens, *ut privatus agit*, *n.* 16.
Iudici ut privato impunè reſiſtitur, *n.* 17.
Recurſus in defenſionem poſſeſſionis & appellationis licitus, *num.* 18.
Patroni pro re Eccleſiaſtica licitè recurrunt, *n.* 19.
Recurſus licitus ubi Eccleſiaſtici Eccleſiaſticis remittuntur, *num.* 20.
Recurſus iuſtè deprecantibus non eſt denegandus, *n.* 21.
Conſtitutio Eccleſiæ legibus ſæculi adiuvatur, *n.* 22.
Vim vi repellere licet, *n.* 23.
Vis multis modis fit, *n.* 24.
Violentia triplex, *n.* 25.
Interdicta pro rebus ſacris redduntur, *& reddebantur*, *n.* 26.
Pontificia Regiaque poteſtas ab eodem fonte dimanant, *nu-mer.* 27.
Sacerdotium, *& Regnum olim in uno*, *n.* 28.
Spiritualis & temporalis gladius mutuo ſe adiuvant, *n.* 29.
Periculi ratione multa alias non permiſſa permittuntur, *nu-mer.* 30.
Recurſus, *ubi eſt periculum in mora*, *licitus*, *n.* 31.
Reges ſunt executores Tridentini, *n.* 32.
Intellectus ad Concilium Trident. Seſſ. 25. *cap.* 3. *num.* 33. *& num.* 47.
Regia Tribunalia non comprehenduntur in prohibitione, *n.* 34.
Recurſus videtur licitus, *ubi eſt cleri laica iuriſdictio*, *nu-mer.* 35.
Recurſus ubi eſt licitus, *& citari & inhiberi*, *n.* 36.
Recurſus à multis Doctoribus deteſtantur, *n.* 37.
Recurſus defenduntur, *ignorantia*, *neceſſitate*, *conſuetudine*, *concordia*, *privilegio*, *& defenſione*, *n.* 38.
Recurſus improbantur à Rota Romana, *n.* 39.
Sequeſtrum Iudicis laici in rebus Eccleſiæ nullum, *n.* 40.
Recurſus improbatur ab antiquis Canonibus, *num.* 41. *à recen-tioribus*, *num.* 42.
Recurſus quomodo recentiſſimè deteſtentur, *n.* 43.
Recurrentes multis pœnis afficiuntur, *n.* 44.
Iudex ſæcularis non ſupplet iuriſdictionem Eccleſiaſtici, *n.* 45.

Maior eſt Iudex Eccleſiaſticus, *quàm ſæcularis*, *n.* 46.
Conſuetudo immemorialis à Regibus etiam inducta, *eſt ſubla-ta*, *num.* 47.
Clericus maieſtatis reus ab Eccleſiaſtico punitur, *nu.* 48. *idem de perturbatore pacis.*
Actor ſequitur forum rei, *n.* 49.
Brachium ſæculare ab ordinariis & delegatis Iudicibus invoca-tur, *n.* 50.
Intellectus cap. 20. *Seſſ.* 25. *Concilii Tridentini*, *n.* 51.
Non recipientes legem primi, *peccant mortaliter*, *n.* 52.
Defendendi munus propriè Eccleſiaſtici Iudicis eſt, *n.* 53.
Eccleſiaſticus ſæcularem non poteſt inhibere, *n.* 54.
Privilegium non præſumitur, *n.* 55.
Immemorialis quomodo probetur, *n.* 56.
Recurſus admittendi, *vel non admittendi reſolutio remittitur*, *num.* 57.
Argumentis impiorum non eſt utendum contra Sedis Apoſtoli-cæ poteſtatem, *n.* 58.
Abuſus Eccleſiaſticorum recurſibus anſam dederunt, *n.* 59.
Hieronymi locus expenditur, *n.* 60.
Recurſus differt à querela reclamatione & aliis, *n.* 61.
Recurſus non eſt licitus quando violentia falſo allegatur, *nu-mer.* 62.
Recurſus purificantur duabus conditionibus, *n.* 63. *&* 64.
Doctores recurſibus applaudentes quibus excuſentur, *n.* 65.
Sæcularis Eccleſiaſtico Iudici quando par iudicetur, *n.* 66.
Intellectus cap. paſtoralis, §. *quia verò de offic. delegat. nu-mer.* 67.
Declaratoria facti requiritur ad incurrendam pœnam ipſo iure, *num.* 68.
Pœnæ impoſitio requirit concludentem probationem, *n.* 69.
Recurrentibus remedium attentatorum competit. *n.* 70.

QUÆSTIO TRIGESIMA.

An licitus ſit recurſus ad Regium Tribunal pro defenſione juris Adjunctorum?

VT caſus propoſitus innoteſcat, in diſputationem ve-
nire debet, an ſit licitus recurſus ad judicem laicum
contra Eccleſiaſticum maximè in Eccleſiaſticis cauſis?

Adſtruitur.

Doctoribus. *num.* 1. Deciſionibus variis. *nu.* 2. Deciſioni-
bus Romanis. *num.* 3. *&* 15. Exemplis. *num.* 4. Juribus & ra-
tionibus *à n.* 5. *ad* 36.

Deſtruitur.

Doctoribus. *n.* 37. Deciſionibus Sacris *à num.* 39. Juribus
antiquis. *num.* 41. Recentioribus. *n.* 42. Recentiſſimis. *num.*
43. & diverſis argumentis *à n.* 44. *ad* 61.

Conſtruitur.

num. 62. 63. 64. 70.

1 In primis ex † Theologis Illuſtriſſimus Cajetanus *cap.* 27.
apologiæ de poteſtate Papæ, dum conſulens permittit Impe-
ratori & Principibus Chriſtianis reſiſtere tyrannidi Ponti-
ficum, & Epiſcoporum beneficiorum collationibus abuten-
tium, (quam permiſſionem, ſeu conſilium reprehendit
Boetius Epo *heroicarum quæſtionum in rubrica de immunitat.*
Eccleſ. n. 14.) Cajetanum ſequitur, & Victoria *de poteſta-*
te Papæ & Concil. propoſitione 22. ubi docet Concilium Pro-
vinciale, vel Epiſcopos ad Recurſum habituros, contra
Romanum Pontificem mandantem contraria conciliorum
decretis, *ut pagina* 275. Dominicus Bañes 2. 2. *qu.* 67. *dub.* 2.
artic. 1. *concluſ.* 6. Frater Michael Agia *de exhibendis auxiliis*
fundamento 27. *per totum*, & ex noſtris Antiſignanus Co-
var. *pract. cap.* 35. *n.* 3. Guillelmus Benedictus *in cap. Raynu-*
tius de teſtamentis, *verbo Adelaſiam num.* 349. *& n.* 455. Mo-
linus *verbo firma fol.* 148. *col.* 3. §. *die* 21. ubi ſcribit Epiſco-
pum & Capitulum Tiraſonen. ad Aragonum juſtitiam con-
volaſſe prætendentes ſe nimium eſſe gravatos in impoſitio-
ne ſubſidii ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & de ab
ejus carceribus manifeſtato quodam Abbate Sancti Joan-
nis Pinaten. idem Mol. *fol.* 220. §. *manifeſtatus fuit*, caſum
refert & proſequitur Portoles cum multis ab eo relatis, *ver-*
bo firma num. 101. Canonicus Cenedo *collectanea* 5. *ad De-*
cretum & collectanea 17. *ad Decretales*, *idem poſthumus ne di-*
cam ſuppoſitus canon. quæſt. c. 45. ubi hujus opinionis aucto-
res quam plurimos congregat, Salzedo *in praxi criminali*
cap. 102. Navar. *in c. cum contingat remedio* 1. *de reſcript. licèt*
non ita conveniat in Manuali cap. 27. *nu.* 70. Menoch. *de re-*
tinenda poſſeſſione remed. 3. *quæſt.* 52. *nu.* 354. Hoſtienſis *in*
ſumma de foro compet. num. 13. *verſic. ſed numquid*, docens in
realibus Eccleſiaſtici negligentiam poſſe ſuppleri per Ju-
dicem laicum, Bovadilla cum pluribus ab eo relatis *lib.* 2.
politic. cap. 18. *à num.* 139. Pacianus *conſ.* 164. *maximè n.* 38.
Dominus Regens Seſſe *de inhibitionibus c.* 8. §. 3. *ex n.* 129. *&*
deciſ. 114. *& in epiſtola Regia*, *qua deciſiones præcedit ſecundæ*
partis maximè n. 70. *ſeſe tamen limitans in modum dubitatio-*
nis in dict. §. 3. *num.* 200. Zevallos multis in locis *maximè*
de violen. in prœm. cap. 10. plures non inculco Doctores,
quia eos citatos invenies apud ſupra dictos, & eos congerit
Cravetta *conſ.* 268. *& infrà plures referam.*
Sunt & multæ † deciſiones hanc recurſuum facultatem 2
definientes apud Oſaſchum *deciſ. Pedemont.* 30. *num.* 7. *&*
14. *& deciſ.* 116. *num.* 4. apud Theſaurum *deciſio* 82. ubi
additio litera A, multos congerit tenentes in cauſis Eccle-
ſiaſticis retinendæ, vel recuperandæ laicum Judicem inter
Eccleſiaſticos legitimè procedere, *& deciſ.* 111. *n.* 3. *& dec.*
131. *& deciſ.* 117. Doctiſſimus Faber *lib.* 3. *Codicis titulo* 12.
Clericum docet turbantem Clericum in ſequeſtro per Judi-
cem laicum eſſe puniendum. De Clerico vexato in bene-
ficio per alium Clericum, quod adjuvetur à Rege, ſi ejus
auxilium imploret, media conſtitutione illa. Finis præce-
pti charitas. Vivius *tradit deciſ.* 30. *n.* 5. Clericus depoſita-
rius Judicis officio compellitur depoſiti rationem reddere,
Bald. *in l. cum pro quo ff. de in ius vocando*, Afflict. *deciſ.* 24.
n. 3. Aufrer. *deciſ. Toloſ.* 167. Jaſ. *in l. ſi fideiuſſor*, §. *fin. ff. qui*
ſatiſd. cogan. & tamquam verior opinio recenſetur Docto-
rum multitudine corroborata, ut Clericus ſuccedens laico
ligetur inſtantia coram Judice ſæculari inchoata, ut atteſta-
tur Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 16. *n.* 31. Equites Jeroſolymi-
tani qui Religioſorum numero continentur, occupationem
fructuum ex beneficiis ſub manu Regis facere debent, ut
primam propoſitionem deciſam fuiſſe, Maynard. *lib.* 1. *dec.*
17. & ſecundam *dec.* 18. atteſtatur, & *dec.* 28. arreſtum re-
præſentat quo fuit judicatum judicem laicum competen-
tem eſſe quoad poſſeſſorium rerum ſpiritualium. Et lega-
ti Apoſtolici poteſtas, quæ examinari ſolet in Hiſpania
apud Judices ſæculares, Covar. *pract. cap.* 35. *n.* 4. in Fran-
cia ſolet apud Regia tribunalia limitari. Mayn. *deciſ.* 47. 48.
49. *&* 50. *dict. lib.* 1. In Cathalonia quoque ubi parcius Ju-
dex laicus mittit manum in meſſem Eccleſiæ, teſte Pegue-
ra *deciſ.* 27. *part.* 2. adhuc tamen contra Eccleſiaſticos ad
laicos recurſus admittitur *idem deciſ.* 92. *p.* 1. Sunt & multæ
Romanæ deciſiones † ab hujuſmodi recurſu non alienæ eas 3
refert & ſequitur Lancellotus *de attent.* 2. *p. c.* 4. *declarat.* 4.
poſt limitationem 30. *n.* 44. *celebris eſt in hac materia illa Sal-*
mantina Canonicatus coram D. Blancheto, cujus copia eſt
apud Farinac. 1. *p. conſ.* 68. *nu.* 13. & quia eas ſtatim ſpecia-
lius inducam, in præſenti non repeto.
Prædicta † poſſunt confirmari ex diſcurſu quodam Lu- 4
dovici de Caſſanate reſcripto ſuper non admiſſione cujuſ-
dam in Canonicum Pacenſem Regalis Auditorii ope & au-
xilio, quem adſtruit juribus, Doctoribus & exemplis. Il-
lud eſt celebre quo Dominus Rex Ferdinandus Andream
Martinez in Epiſcopum Tiraſonen. promotum ab Apoſto-
lica Sede, non ſua tamen prævia nominatione bonis tem-
poralibus, & regni incolatu privavit, de quo Curita noſter
annal. par. 4. *lib.* 20. *cap.* 31. Si prælatus Regi eſſet ſuſpectus,
quod ab illo poſſit non admitti etiam ſtante Romani Pon-
tificis decereto, obſervat Petrus de Baiſio *in directorio ele-*
ctionum par. 1. *cap.* 6. *fol.* 382. *them.* 15. *par.* 1. *num.* 4. *&* 5.
Sed his non obſtantibus Alexander VI. Valent. Caurien. &
Elnen. Epiſcopos creavit, nulla prævia Ferdinandi Regis
nominatione anno 1499. eodem atteſtante Curita *lib.* 3. *p.*
5. *c.* 39. Aliud memoriam noſtram lugubrem oſtentat de
anno M. DC. XI. quando hæc Metropolitana Sedes, & an-
te omnes ejus Decanus D. D. Franciſcus Martinez Mar-
cilla de la Mata ingenii acumine, Deidicæ ſcientiæ cogni-

QUÆSTIO VIGESIMAOCTAVA.

An in levibus Epiſcopus poſſit contra Capitulares procedere ſine Adjunctis?

HÆc quæſtio reſoluta manet ex traditis ſupra quæſt. 2.
1 argumento 2. illud † nota quod ad primam citatio-
nem venire non poteſt Epiſcopus ſine Adjunctorum conſi-
lio, & aſſenſu, quia non poteſt procedere, *ut in hoc cap.6.*
Seſſ. 25. & appellatione proceſſus intelligitur prima cita-
tio, ut Farinac. *ibidem ver. an Capitula*, Marcilla *lib.4. tit.7.*
2 *c.20. lit.K*, quia perpetuata † juriſdictio intelligitur per ci-
tationem, *cap. gratum, cap. relatum de offic. delegat. c. cum*
plures, ubi gloſſa verbo inchoante eodem titulo in 6. Sed adver-
3 te † quod quomodocumque cauſa inchoetur dicitur perve-
niri ad proceſſum *gloſ. verbo proceſſum in cap. ſi à Subdelegato*
14. de offic. deleg. in 6.

SVMMARIVM.

COdjutoria ſpecies eſt Beneficii, n.1.
Coadiutori congrua datur, n.2.
Coadiutoriæ expeditio precum veritatem requirit, n.3.
Coadiutor an penſum ſervitutis ſolvere teneatur, n.4. & 24.
Coadiutor liberam habet adminiſtrationem, n.5.
Coadiutor reſtituitur poſſeſſioni quam accepit, n.6.9. & 45.
Coadiutor eaſdem debet habere qualitates quas coadiutus, numer. 7.
Coadiutores, ac expectantes comparantur, n. 8. 10. & 32.
Coadiutor & non coadiutus infirmus, vel impeditus lucratur diſtributiones, n. 11.
Clauſulæ, ex nunc, pro ut ex tunc, *virtus, n.12. & 46.*
Coadiutores annatam ſolvunt, & ingreſſum, n.13. 16. & 48.
Annatarum ſolutio favorabilis, n.14.
Annatis ſuccedunt quindennia, n.15.
Ingreſſus varia ſunt nomina, n. 16.
Ingreſſus ſunt odioſi, n. 17.
Coadiutores an ſedem acquirant per gradus antiquitatis, num. 18. & 40.
Cæſarauguſtanæ Sedis ſtatutum par.3. c. 1. declaratur, n. 19. & 50.
Iuriſdictio prævenitur citando, capiendo, vel informando, num. 20.
Coadiutorum uſus an improbandus, num. 22.
Coadiutoribus ſtylus multa tribuit, n.23. quia ſunt introducti ab illo, num.39.
Coadiutor non tenetur publicare, n.25.
Coadiutor non conſequitur fructus ex beneficio coadiuti, numer. 26.
Coadiutor an teneatur reſidere præciſè an cauſativè? numer. 27. & 29.
Coadiutoria non inducit incompatibilitatem, n.28.
Tiraſonenſis Coaditor privatus, n. 30.
Coadiutores ſibi non optant, ſed Coadiutis, n. 31.
Coadiutur eſt Canonicus fictus, n.33. & 44.
Coadiutoria non præiudicat nominationi Regiæ, n.34.
Regibus in dubio non cenſetur derogari, n. 35.
Coadiutor non tenetur facere profeſſionem, n.36.
Coadiuto excommunicato, Coadiutor non lucratur diſtributiones, num. 37.
Senator honorarius prior poſſeſſione poſtponitur poſteriori qui adminiſtrationem proprio iure habet, n.41.
Dignitate minori, ſed propria fulgens, dignior eſt quàm qui maiori, ſed aliena dignitate fulget, n.42.
Archiepiſcopus Coadiutor quibus prohibeatur, n.43.
Fictio non eſt potentior veritate, n.47.
Ius ad rem, vel in re quomodo diſtinguatur, n.49.

QUÆSTIO VIGESIMANONA.

An Epiſcopus poſſit procedere ſine Adjunctis contra Capitularium Coadjutores?

1 NOn poſſe ſuadent ſequentia, Coadjutores † ſcilicet
iſtos eſſe Beneficiatos, ſicut Coadjutos, nam Coad-
jutoria ſpecies beneficii vocatur apud Archidiaconum *in c.*
quamvis 7. q. 1. argumento textus in cap. de Rectoribus juncta
gloſſa verbo curant de clerico ægrotan, ubi: † & ſimiliter con- 2
grua datur Coadjutori, ſicut beneficiato, *idem & docuit*
gloſſ. verbo curam omnem in cap.1.7.q.1. Non † minus preces 3
veritate niti debent in Coadjutoria, ac in cæteris beneficiis
deciſ.652.p.3. diverſ. Sicut beneficium patronatus conferri
non poteſt ab ordinario ſine conſenſu patroni, Lamber. *de*
iure patronat. p.1. lib.2. qu. & art. 6. nec † Coadjutori com-
mendari, idem Lambertinus *d. q.6. art.20.* Coadiutor pen- 4
ſum ſervitutis ſolvere tenetur, ſi vera ſunt argumenta, quæ
non ſequitur, ſed proponit Navar. *de ora. c.20. n. 18.* quod
proprium onus eſt beneficiati *c.1. de celebr. miſſar.* Non mi-
nus Coadjutor † quàm Coadjutus liberam habent admini- 5
ſtrationem, vel conferendi poteſtatem, Oldrad. *conſ.44. n.2.*
& 3. poteſt Coadiutor titulo Coadiutoriæ ordines ſacros ac-
cipere de quo non dubitat Navar. *d.c.20. n.18.* Accipit † poſ- 6
ſeſſionem ad quam reſtituitur ſpoliatus, ut in una Ulix. Co-
adiutoriæ quæ habetur apud Marcheſanum 2. *volum. inter*
omiſſas pag.564. & expulſus à Capitulo reſtituitur ad vocem
in illo Riccius *reſolut. pract. c. 263.* Qualitates requiſitæ ad
obtinendam præbendam requiruntur ad conſequendam
Coadjutoriam † exemplo reſignantis & reſignatarii, Sta- 7
phil. *de mod. proced. fol. 146. num.23.* Pariſ. *de reſignat. lib.4.*
q. 9. n. 19. Garc. *de benef. p.7. c.4. n. fin.* Gonzal. *regula 8. gloſ.5.*
§.9. n.6. & 90. Monet. *de optione Canon. c. 4. n. 151. & 155.*
Si ſupernumerarii & expectantes Canonici cum quibus † 8
jure optimo coadiutores comparantur *argumento Capituli*
19. Seſſ.24. & c.7. Seſſ.25. de reformat. in Trident. c. ex par-
te 12. de offic. deleg. c. dilectus 19. de præben. c.2. de conceſſ. præ-
bend. Paulus Pariſ. *conſ.83. vol.4.* Uvameſius *conſ.16. n. 13.*
& 15. de elect. ex patientia Capituli ad jura Canonicalia ad-
mittantur † audientur ad redintegrationem ſi eis fuerint 9
denegata, Franciſcus Marcus *par.1. q. 16.* Anton. Fabricius
in praxi benef. de titulo num.32. ubi additio lit. M, & maximè
redintegrabuntur Coadiutores † præ expectantibus, nam 10
iſti vagam & incertam, illi certam, & determinatam expe-
ctant præbendam, ut conſiderat Rota *deciſ. 17. de præbend.*
in novis, & una Burgen. deciſ. 27. p. 1. de appell. ab executor.
brev. par. 1. apud Marcheſ. Coadjutor infirmus, † vel legi- 11
timè impeditus ſi ſanus & expeditus ſolitus erat intereſſe,
diſtributiones lucratur, ſed non ejus principalis, ſi ſervi-
tii fuit deſertor, Leo *in theſauro for. Eccleſ. p.2. n.65.* & me-
rito quia fictio naturam imitatur, *§. minorem inſtit. de ad-*
option. Bart. *in l. is qui pro emptore n.2. de uſucap.* Veral. *deciſ.*
289. num.9. par. 2. Coadiutor ad beneficium Coadiuti per
Pontificem vocatur clauſula † *ex nunc, pro ut ex tunc*, cujus 12
natura eſt non ſuſpendere, etiam in beneficio vacaturo,
ſed à principio effectum ſuum ſortiri, *ut in deciſ. Salman.*
apud Garc. *de benef.4. par. c.5. n. 133.* plures congerit Mar-
tha *clauſula 54. par.1. num.9.* In hac † Sede Cæſarauguſtana 13
Coadiutores, & annatam ſolvunt juxta breve Pauli V. de
anno 1608. die 23. Octobris conceſſum, cujus † ſolutio eſt 14
favorabilis rationibus ad id ponderatis à Thoma Campe-
gio *de annat. n.5.* & in ipſo brevi, ideſt, ne diminuantur di-
ſtributiones, quibus diminutis, cultus divinus minuitur,
cap.3. Seſſ.21. cap.3. Seſſ.22. de reform. in Trid. & in ſpecie
deciditur à Rota *deciſ.139. n. 2. par.2. diverſor.* Dixi † coad- 15
iutores annatam ſolvere, cùm ſolvant quindennia, quia an-
natis ſuccedunt quindennia, ad tradita per Seraphinum *dec.*
1401. n.2. ex Antonio Maſſa *in tract. de annatis*. In eadem
Sede † ſolvunt, & Coadiutores ingreſſum juxta decretum 16
D. Alfonſi ab Aragonia, & Capituli Cæſaraug. de anno
1495. die 19. Februarii alio nomine cappam, ſeu paſtelum
de quo in c. præſenti, §. niſi de off. ord. in 6. ſeu deportus, *ut in §.*
1. de annatis in concordata, & ibi gloſſa verbo conſuetudinis, de
quibus plura proſequuntur Doctores *in c. Iacobus*, ubi Ho-
ſtien. & Socin. *n.6. de Simon.* Feltn. *in c. cum M. n.19. de con-*
ſtit. Cucus *maior. inſtitut. lib.2. tit. 14. n.22.* Garcia *de benef. p.*
8. c.1. à n.85. Fabricius *in praxi de annatis lib. 1. c.9. à n.15.*
Riccius *in praxi dec.227. & 567. & facit textus in l.1. de am-*
bit. & quæ tradit Azevedo ad curiam Piſanam *lib.1. c.14. qui-*
bus in locis † contra hos ingreſſus multa ſcribuntur, quia ſunt 16
odioſi Concil. Trid. Seſſ.24. c.14. & in conſtit. 104. p. 2. Pii V.
Coadiutores † Sedem per gradus antiquitatis acquirunt, ſi 18
verè

verè Rota cenſuit coram bonæ mem. Penia Salmantinis &
Tiraſonenſibus, quas deciſiones reperies apud Marcheſ.
tom.1. de appellat. ab execut. brev. §.1. dec. 28. & §. 2. dec. 46.
apud Garciam *d. cap. 5. num. 78. & 138.* Rotæ ſententiam
19 ab ſtatuto Sedis noſtræ par. † 1. cap. 3. admiſſam fuiſſe vide-
tur, nam in illo ſic cavetur; y ſi alguno entrare por Coad-
jutor, de Dignidad, Canonigo, o Racionero, o Beneficia-
do tiene lugar del dia de ſu poſſeſſion, como eſtà dicho. Co-
20 adjutorum † uſus non videtur omninò improbandus, ſi
non ſolius ſucceſſionis & ſanguinis, ſed meritorum & pro-
batæ vitæ habita ratione utilitatis Eccleſiæ introducatur.
Thom. Campeg. *de Coadiutore Epiſcop. n. 12.* Neque obſtat
21 votum † captandæ mortis conſideratum *in cap. 2. de conceſſ.*
præbend. quia deſiderium malum convertitur contra machi-
nantem, *iuxta illud Num. c. 22.* & ut ait Seneca *epiſtola* 10.
turpiſſima vota Diis inſuſurrant, ſi quis admoverit aurem,
conticeſcent. Pluribus conatur defendere Coadjutorum
ſtylum Joan. Baptiſta Valenzuela *conſ. 98. à n. 37.* Et ſi pra-
vus ſequatur eventus, is diverſus omninò eſt ab intentione
concedentis, cui non debet imputari, ut conſiderat Ma-
ſtrillus *de magiſtrat. cap.25. num.4.* ubi multa circa conceſ-
ſionem officii poſt mortem Vacaturi.

Ultimò, quia ſine dubio videtur Epiſcopum debere pro-
cedere cum Adjunctis contra Coadjutores, ſive Garciam
ſequaris *d. c.5. par. 4. num. 95.* dum ait Epiſcopum contra
actu ſervientem Coadjutorem ſolum & independenter
22 procedere ſi modò † citando, capiendo, vel informando
prævenit ſervitium actuale ad Maſcardum *de probat. par. 2.*
23 *concluſ. 1232.* Sive ſequaris † declarationem Sacræ Congre-
gationis ab eo relatam *in dict. cap. 5. ubi additio n. 96.* quæ
cenſuit procedendum eſſe cum Adjunctis contra Capitula-
rium Coadjutores, ſi ex forma Coadjutoriæ colligatur, Co-
adiutori conceſſa fuiſſe privilegia, quæ habent Coadiuti;
nam ſtylus obtinuit coadiutoribus concedi plenam, libe-
ram, omnimodam facultatem, & auctoritatem in ſpiritua-
libus, & temporalibus ea faciendi, quæ poterant facere co-
adjuti. Si ergo in honoribus, & oneribus Coadjutores
jure principalium cenſentur, quid mirum ſi criminali-
ter acti de Adjunctorum conſilio & aſſenſu cenſean-
tur?

Contraria tamen ſententia verior mihi ſemper viſa fuit,
ut noviſſimè multis declarationibus defendit additio ad
Garciam *4. par. cap. 5. nu. 96.* Nam coadiutoria beneficium
24 non eſt. Ideò † Coadiutor non tenetur ad officium Cano-
nicum recitandum, ſed proprietarius, Navar. *in c. ſi quan-*
do præludio 5. num. 10. de reſcript. Campeg. *de Coadiutor. Epi-*
ſcop. num.8. Gambarus *de offic. legati lib.4. nu. 285.* Redoa-
nus *de Simon. 2. par. cap.28. cap. de rectoribus, & ſequenti-*
bus, ubi Abbas *de cler. ægrot. cap. grandis ubi communis de*
ſupplen. neglig. prælat. Suarez *de religione tract. 4. lib. 4. num.*
19. ubi advertit nihil obſtare quod illa jura, & eorum in-
terpretes loquantur de Coadjutore ſine futura ſucceſſione,
quia futura ſucceſſio non dat jus in re, ſed ad rem, & fi-
lius Regis non eſt Rex, licèt futuram habeat ſucceſſionem.
25 Beneficium † Coadiuvati non vacat uſque ad ejus mortem,
& ideò non ſubjacet publicationi, Puteus *lib.3. deciſ. 225. &*
26 *deciſ. 236.* Coadiutor † non conſequitur fructus ex benefi-
cio coadiuti *deciſ. 285. lib.3. par. 3. diverſ.* Navar. *conſ. 2. n.*
3. de cleric. ægrotan. Garcia *de benef. 4. par. c. 5. n.78.* Coadiu-
27 tor † non tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſativam,
ideſt, ut de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſolu-
ta, Mendez *lib.4. diverſ. iur. argum. c.1. n.8.* Fabricius *in pra-*
xi de offic. lib.2. cap.8. n.21. Gonzal. *reg.8. gloſſa 5. §.9. n.63.*
28 Barboſa *ad Tridentinum Seſſ.24. c.17. n. 13.* Coadiutoria †
non inducit incompatibilitatem ex eiſdem Doctoribus. Il-
29 lud autem quod dicitur † coadiutorem non teneri ad reſi-
dentiam præciſam, intelligendum eſt, niſi in coadiutoria
ſit impoſita neceſſitas inſerviendi, ſi enim ſit impoſita, vel
per verbum *debeat*, vel teneatur, præciſè tenetur reſide-
re, & ob non reſidentiam poterit privari, ſervata tamen ju-
ris forma, *de qua in c. ex tuæ de cler. non reſiden. gloſ. verbo*
30 *Canonibus in c. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt.* ut † &
fuit privatus Franciſcus de Sylos muſicæ præfectus in
hac alma Sede, Coadiutoria portionis in Eccleſia Tiraſo-
nen. *dic. 14. Ianuarii anno 1611. ut latius in dec. Rotæ 276. p.*
1. recentiſſ. Farinac. Coadiutores † ſibi non optant, ſed co- 31
adiutis, Monet. *de optione Canon. c.4. q.8. n.152.* coadiutores
olim vocabantur † curatores, Quintana Duennas *lib.2. Eccl.* 32
c.1. nu. 21. & 30. curator autem in bonis puberis nihil pro-
prium habet. Coadiutores ſunt † expectantes, ut ſupra in 33
argumentis, & probatur, quia coadiutoria eſt conditionalis
gratia, ut Paulus Pariſ. *conſ. 83. vol. 4.* quem ſequitur Uba-
mes *de elect. conſ.16. n.13. & 15.* quæ tribuit ſpem debitum
iri, *§. ex conditionali inſtitut. de verb.* ſive effulgens ſpes, ut ex
Caſſad. *dec. unica de pactis*, colligit Ubameſius *ibidem n. 12.*
at Canonici expectantes præbendam dicuntur Canonici in
herbis, & habentes jus ad rem, & non ſunt veri Canonici,
gloſ. verbo receperit in c.1. de cler. non reſiden. lib.6. Hoſtienſis
in c. ſuper inordinata n.9. de præb. & in c. conſtitutus n. 10. de
reſcript. & plures alii quos refert & ſequitur Maſtrill. *deciſ.*
130. n.27. Leo in theſauro *2. p. c.4. n.63.* Farin. *in recentiſſ. 1. p.*
dec.456. & 637. Marcus *dec.1043. n.3. qui n.6.* Ex communi
† praxi probat Canonicum ſupernumerarium nihil accipe- 34
re debere, quia eſt Canonicus fictus, Marcheſ. *de appellat. ab*
execut. brevis p.1. c.1. n. 169. Si vacet † coadiuti beneficium 35
de menſe quo nominatio pertineat ad Regem non cenſetur
derogata ejus nominatio præventione iſta Pontificia, quam
ſic appellat Marc. *q.16. n.2. & 8. & q. 384.* ut de expectanti-
bus poſtponendis nominatis à Rege Franciæ docet Fabr. *in*
praxi de titulo n.21. fol.262. ubi additio lit. I, & ſecundùm jus
† eſt ut Regibus patronis Pontifices non præſumantur mo- 36
liri, tentare, vel connari in derogationem *cap. dilectus 34.*
de præbend. proſequitur Boetius *heroicarum q. lib.1. de rega-*
libus n.16. quod ſpecificius confirmo ex his quæ de concor-
datis Germaniæ per dationem coadiutoriæ non derogandis
cenſuit Caſſadorus *deciſ. unica de pactis*, confirmatur ex
his, quæ de non admiſſa à Carolo V. Imperatore Philippi
Urries creatione in Epiſcopum Oſcen. Coadiutoris dati
cum futura ſucceſſione D. Joanni ab Aragonia & Navarra,
ſine Caroli aſſenſu enarrat Iriarte *de excellentiis Oſcæ lib.3.*
cap.23. anno 1526. in fine. At concordiam illam Germaniæ
lucidatam obſervande lector perlege apud Hieronymum
Gonzal. *regula 8. gloſ. 51. nu. 99. & per totam gloſſam 25. de*
qua concordia loquitur conſt. 18. Gregorii XIII. in Bullario,
de præſervatione iurium regum, congerit Gonzal. *reg. 8. gloſ.*
2. in procem. à num. 36. Cenedo *quæſt.22. num. 26.* Proſequi-
tur illuſtris admodum D.D. Auguſtinus Morlanes Fiſci Re-
gii Strenuiſſimus Advocatus, paternæ juriſprudentiæ hæres
& pater D.D. Didaci de Morlanes ingenio, prudentia, no-
bilitate & diuturna in ubere librorum ſuorum copia expi-
landa aſſiduitate *in alleg. ad proceſſ. Proc. Fiſc. contra reſign.*
& Coadiu. Sed Metrop. maximè §. 4. Coadiutor fidem pro-
fiteri non tenetur † ut contra Acoſtam de Andrada *ad Bul-* 37
lam cruciatæ quæſt. 73. docet Garcia *de benef. part. 3. cap. 3.*
ubi additio num.16. Cæteri Capitulares fidei profeſſionem,
& coram Epiſcopo, vel ejus Vicario & in Capitulo facere
tenentur, *ut Trident. Seſſ. 24. cap.12. §. proviſi de reformat.*
de qua latiſſimè Sanchez *de præcept. Decal. lib.2. cap. 5. ma-*
ximè num. 7. Coadjutor † non lucratur diſtributiones, ex- 38
communicato coadiuto, quia excommunicatus ſi per ſe
non poteſt aliquid agere, nec poterit procuratorem *cap. fin.*
de procurat. ubi Imola *num. 6.* & ſatis eſſet indecorum alie-
num à communione fidelium ex ſuffragiis Eccleſiæ, cui
non paret, alimoniam recipere, Leo *dict. 2. part. c. 4. nu-*
mer. 68. Gonzal. *dict. §. 9. nu. 124.* Coadiutoria † res eſt 39
valdè odioſa & reſtringibilis *cap.2. de conceſſ. præbend. ibi:*
turpe eſt ſi in Eccleſia Dei locum futuræ ſucceſſionis expectatio
habeat, cap. dilectus 19. de præbend. ibi: vacaturam expecta-
re præbendam Lateranenſi Concilio non ſit dubium obviare,
cap. 5. Seſſ. 25. de reform. in Trident. Mohedan. *deciſ. 333.*
Gambar. *de auctor. legat. lib.5. cap. de Coadiutoribus nu. 13.*
ubi conqueritur Coadiutores hodie potius eſſe hæredes
pædagogo indigentes, proſequitur Theſaur. *dict. cap. 4.*
numer. 69. multis rationibus in officiis ſæcularium hoc ip-
ſum comprobat loquens de futura ſucceſſione promiſſa,
Maſtrillus *in tractat. de magiſtr. part. 1. capit. 25. à numer.*
10. Coadiutorias † ſtylus introduxit Caſſador. *deciſ. 2. nu-* 40
mer. 2. de reſtitut. ſpolia. Mandoſ. *de ſignat. gratiæ tit. de Coad-*

inoff. teſtamen. c. cum expediat de elect. in 6. Hoc confirma-
tur per argumentum ab ſpeciali, nam quando agitur de
correctione morum Tridentina Synodus voluiſſe videtur
appellatione viſitationem non ſuſpendi. Sic enim reſpon-
1 dit Epiſcopo Abulen. Amplitudinem † tuam, non poſſe re-
cuſari, ſi modò ſine figura & ſtrepitu judicii procedens pœ-
nas imponit delictorum non ordinarias, ſed eas tantùm
quæ morum emendationem reſpiciunt. Pondera dictio-
2 nem illam taxativam, † *tantùm*, quæ alios caſus excludit,
l. 1. C. de patr. poteſt. Dec. *conſ.* 183. *nu.* 1. & plures quos re-
fert, & ſequitur Cenedo *ſingulari* 21. declarationem verò
Cardinalium invenies apud Farinac. *in dict. cap. 6. §. quando
Epiſcopus viſitaverit verſ. ad* 9. apud Marcillam *lib. 4. tit. 7.
cap.* 20.
3 Secundò, quia ſi modus † exceditur in viſitatione, quan-
tumcunque appellatio prohibeatur ſuſpendere, vel devol-
vere, & devolvet, & ſuſpendet, ut obſervat Navarr. *conſ. 2. de
appell.* Caved. *ſupra lib. 1. c. 19. n. 9. §. cùm igitur,* Scac. *de appel-
lat. q. 17. limitat.* 26. *n.* 12. Zevallos *de violent. q. 27. n. 2.* alios
non allegatos, vide apud Valenzuelam *conſ.* 43. *n.* 153. quæ
ſententia jure fulcitur in *cap. irrefragabili, de offic. ordinar.*
ubi cùm ageretur de reformatione morum (quod proprium
viſitationis munus eſt, *ut in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. de re-
form. & cap. 10. ſeſſ. 24. & cap. 1. §. ſane de cenſibus lib. 6. di-
ximus ſupra quæſt. 24. fundamento* 1. hæc verba ſubjiciuntur.
Nulla appellatio valeat impedire, niſi formam in talibus
excesserint obſervandam, idem probatur *in cap. novit* 43.
extra de appellat. ibi ab executoribus appellari non poſſit,
niſi forſan modum exceſſerint in exequendo. Contraria
4 tamen ſententia † in genere ſumpta verior eſt, & proba-
tur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 22. cap.* 1. ibi: nec appellatio
executionem hanc quæ ad morum correctionem ſpectat ſu-
ſpendat & ſeſſ. 24. cap. 10. & tam appellatio quàm inhibi-
tio caret effectu quoad impediendam viſitationem *cap. 1.
ſeſſ. 13. c. 3. ſeſſ. 24. de reform. in Tridentino proſequitur,* Re-
ſta *in directorio par. 1. c. 1. & 5.* latiſſimè Scacia *de appell. d. q.
5 17. limitat. principali* 26. Per prædicta etiam † non fuit ad-
miſſa appellatio interpoſita per confraternitatem laicorum
à decreto Epiſcopi illam viſitantis, ut Sacram Congregatio-
nem cenſuiſſe teſtatur Gratianus *deciſ.* 188. *num.* 10. *quod eſt
conforme iuri communi in cap. ad noſtram* 3. ubi Felin. *nu. fin.
de appell.* & Francus *in cap. reprehenſibilis n. 9. & 13. eodem
6 titulo in 6.* Gratianus *ſupra num.* 2. Id ſic † rigoroſè in Sicilia
obſervatur, ut à ſententiis latis in Supremo Conſilio contra
Magiſtratus viſitatos in generali viſitatione, nulla detur
appellatio, neque reviſio ex mandato Regio expreſſo de
quo meminit Bovadilla *lib. 5. polit. cap. 1. num. 122. & 129.*
Maſtril. *de magiſtrat. lib. 6. c.* 12.
Neque contrarium probant conſiderationes ſupra poſi-
tæ, non prima, quia ſatis conſtat ex ſupra dictis locis Con-
cilii, de ejus voluntate ad impediendam appellationem in
viſitatione. Rurſus declaratio Sacræ Congregationis per
7 dictionem † illam, *tantùm*, non excludit ſimiles caſus, Jaſ.
in l. 1. nu. 10. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemp. Sebaſtianus Me-
dices *de diffinition. p. 2. c. 1. n.* 6.
Non obſtat ſecundum quia eſt ſpeciale, caſu quo modus
8 exceditur, modus autem excederetur, ſi viſitatio non fieret
ea pompa & ſolemnitate, quam commemorat Silveſt. *verb.
viſitatio,* §. 4. & Zerola *in praxi eodem verbo §. ad 5. p.* 1. Fa-
rinac. *in d. cap. 6. §. quando Epiſcopus,* & Marzilla *lib. 4. tit.
7. cap. 20. verſic. ad* 8. Item ſi aliquid præciperetur contra
ſtatutum, vel inveterata Eccleſiæ conſuetudinem Cardinal.
in cap. 4. de appellat. ubi Decius *num. 6. verſ. ſed conſideran-
dum eſt.* Item ſi caſus damnum irreparabile contineret, ca-
ſus iſtos enumerat Riccius *in praxi dec.* 503. 504. & 505. &
Barboſa, & ab eo relati *in cap. 20. ſeſſ. 24. num.* 8. Item ſi Epi-
ſcopus procederet in exemptos, ſeu aliàs privilegiatos con-
tra eorum privilegium, Lancellot. *de attent. par. 2. c. 11. li-
mitat.* 18. *n.* 2. Marcheſan. *de appellat. extra Rom. curiam p.
1. c. 6. num.* 127. quos refert & ſeq. Riccius *reſolut. pract. cap.
7. nu. 3. amplia.* 3. §. 1. Item ſi Epiſcopus in viſitatione proce-
deret contra Capitulares ſine adjunctis, quod facere poteſt,
dummodo pœnam non imponat ordinariam, ſed eam quæ
morum correctionem reſpiciat *ad tradita in dec. 321. par. 2.
diverſ. & ad declarata per Illuſtriſſimos,* teſte Farinac. *d. c. 6.
Seſſ. 25. §. quando Epiſcopus, verſ. ad ſecundum,* & Marcilla
lib. 4. tit. 7. c. 20. & tamen ſub prætextu correctionis, proce-
deret ad capturam, excluſionemque ab actibus canonicali-
bus, quod magis convenit judiciali cognitioni, quàm cor-
rectionali, *l. quod ad ſtatum, ff. de pœnis,* Menoch. *de arbitr.
lib. 1. q. 82.* Gonzal. *reg. 8. gloſ. 9. à n.* 17. Valenzuela *conſ.* 43. *n.*
104. & 144. & 156. vel ſi indebitè carceraret, *ut ſupra q. 20.
n.* 13. & tandem ſi finis principalis viſitationis deeſſet, qui
eſt potius emendatio, quàm punitio, Guillemart *ad Triden.
Seſſ. 6. cap. 4. in prætermiſſis pag.* 681.

S V M M A R I V M.

INtellectus Concilii Trid. c. 8. & 9. Seſſ. 22. n. 1.
Oropeſani Comitis patronatus, n. 2. & 20.
*Fundandum beneficium plures conditiones admittit, quàm fun-
datum, n. 3.*
*Panormitanus in cap. cum dilectus notab. 5. de conſuetudine,
n. 4. & 21. declaratur.*
*Epiſcopus unam Eccleſiam poteſt eximere à viſitatione de con-
ſenſu Capituli, n. 5.*
*Viſitationis exemptio non poteſt concedi ab Epiſcopo, n. 6. etiam
de conſenſu Capituli, n. 7.*
Viſitatio in limine fundationis tolli non poteſt, n. 8.
Viſitatio cur tolli non poſſit, n. 9.
Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ in quærendis, n. 10.
Viſitatio & procuratio in præſcriptibiles ſunt, n. 11.
*Viſitatio & procuratio in parte tolli poteſt, ſed non radicitus, n.
12. & 18.*
Calataiubii Vicarius generalis, n. 13.
Epiſcopus permittit collationem inferiori, n. 14.
Parochiarum permutatio Epiſcopis non permiſſa, n. 15.
Epiſcopus præſumitur nihil ignorare de ſua Diœceſi, n. 16.
Capellæ Regiæ viſitatio, n. 17.
Conditio, ut ordinarius nullo modo ſe intromittat, n. 19.
*Epiſcopus viſitat quando aliàs eſt prohibitus ſi datur negligen-
tia illius, cui de iure competit viſitare, n. 22.*
Vnitum beneficium deſinit eſſe tale, n. 23.

QUÆSTIO VIGESIMASEPTIMA.

An Epiſcopus poſſit ſubditos eximere à Viſitatione?

ET quod poſſit eximere, videtur probari ex Concilio
Tridentino † *c. 8. & 9. Seſſ. 22. de reformatione,* cujus 1
textus auctoritate docet Garcia *de benef. par. 1. c. 2. n.* 98. fun-
datorem poſſe in limine fundationis jubere, ne Epiſcopus
ſe intromittat in viſitatione operis pii etiam Capellaniæ col-
lativæ, *ut in cauſa Capellaniæ, & Hoſpitalis de Olmedo Sa-
cram Congregationem declaraſſe refert,* & Farinac. *ad d. c. 8.*
& repetit Marcilla *lib. 2. tit. 6. c.* 2. & eſt in ſpecie deciſum
per Ludoviſium, nunc Greg. XV. *deciſ. 4. & 8.* Et in caſu
Capellaniarum † patronatus domini Joannis Alvarez de 2
Toledo Monroy & Ayala, Comitis de Oropeſa & Deley-
toſa, Herois pietate prudentia, modeſtia, divitiis, in pau-
peres miſericordia, & in omnes liberalitate ſumma ſæculi
illius admiratione præſtantiſſimi, idem Garcia *d. n. 98. pro-
loquitur,* quod abſque dubio † procedere videtur in benefi- 3
cio fundando, non etiam fundato, per regulam illam,
quod fortius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, & fa-
cilius abdicatur à nobis jus quærendum, quàm quæſitum,
*c. quemadmodum in fine de iureiurando, Clemen. gratiæ de re-
ſcriptis, l. qui autem, ff. de his quæ in fraud. cred.* docet Lam-
bertinus *de iure patr. q. 9. art. & lib. 1. num. 115. fol.* 71. cujus
ſententiæ authorem exiſtimat eſſe † Panormitanum *in cap.* 4
cum dilectus notab. 5. de conſuetud. Felinus *in c. cum venerabi-
lis n. 33. de excep.* Rochus de Curte *de iure patron. verbo pro
eo quod n. 26. ad med.* Gutier. *in l. nemo poteſt de leg. 1. n.* 451.
Gonzalez *regula 8. gloſ. 5. n. 48. quod melius comprobabis ex de-
claratione Sacræ Congregationis,* quam refert Guillemart *ad
Tridentinum prætermiſſis pag. 686. §. antep.*
Secundò, quia Epiſcopus † de conſenſu Capituli concur- 5
rente cauſa legitima poteſt unam Eccleſiã à viſitatione im-
munem reddere, Calder. *conſ.* 267. Put. *deciſ. 115. lib.* 3. Ric-
cius *collect.* 1228. Tuſchus *lit. V, concl. 221. n.* 5.
6 Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt, † probatur
ex multis docentibus Epiſcopum non poſſe concedere ali-
cui pio loco, ne illum poſſit viſitare, & corrigere, Federi-
cus de Senis *conſ. 111. n. 2. & 3.* Fuſchus *verbo viſitatio concl.
7 218. n.* 24. Etiam ſi hujuſmodi † conceſſio facta fuiſſet de
conſenſu Capituli, Abbas *in c. cum venerabilis n. 3. de cenſi-
8 bus,* etiam ſi patronus in fundationis † limine exemptionem
peteret ab Epiſcopo, nam nec tunc Epiſcopus poſſet conce-
dere Quintil. Mandoſius *de ſignat. grat. titulo de exemptione
ab Epiſcopo, §. exemptio ab ordinario,* Federicus de Senis
conſ. 247. Tuſchus *dict. concl. 221. lit. V, num.* 2. optimè Mar.
9 Muta *deciſ. 58. Sicula num.* 29. quia Epiſcopus, † nec ex-
preſsè, nec tacitè viſitationem poteſt renuntiare, ut tenuit
Rota *dec. 2. de cenſibus in antiquis per tex. in cap. paſtoralis 7.
de donat. ubi gloſ. verbo Cathedraticum.* Ratio redditur ab
Imola *in cap. cum ex officii nu. 1. & 7. de præſcript.* Scilicet;
quia viſitatio pertinet ad utilitatem publicam, cui privato-
rum pactionibus non poteſt derogari, *cap. ſi diligenti de for.
compet.* & facit deciſio Achillis 15. *nu. 3. de præſcriptionibus,*
& ex omiſſione viſitationis ſequeretur impunitas, contra
quam rigoroſa ſit interpretatio Alex. *in lege 1. numer. 25. de
verbor.* quem ſequitur Seraphinus *deciſ. 393. num.* 13. Et ge-
10 nerale † eſt Prælatum qui potuit quærere Eccleſiæ, & non
quæſivit teneri ad intereſſe, *argumento textus in l. quicquid
C. de arbitr. tut.* Rebuff. *in compend. alien. nu. 31. & 32.* Do-
ctores relati & ſecuti à Mandoſio *ſupra §. amplio etiam.* Ex
11 quibus † hæc duo ſubjectionis ſigna in præſcriptibilia repu-
tantur, ſcilicet viſitatio, & ſolutio procurationis, Roman.
conſ. 371. incipit in propoſitæ n. 6. in fine, quod intelligendum
12 eſt de præſcriptione totalis † procurationis omnium Eccle-
ſiarum, Calder. *conſ. 6. de offic. delegat. & conſ. 5. de rebus
Eccleſ.* Lapus *allegat. 30. num. 9. verſ. licet,* Tuſchus *lit. V,
concluſ. 221. n. 3. 6. & 7.* & de præſcriptione totalis viſitatio-
nis Calder. *conſ. 453. aliàs 11. de cenſibus,* nam ut Panormi-
tanus ex Joanne Andrea docet *in cap. venerabilis n. 5. de cen-
ſibus,* Epiſcopus poteſt per modum cujuſdam Vicariæ perpe-
tuæ concedere inferiori, ut recipiat nomine ſuæ dignitatis
jura viſitationis, vel viſitationem faciat, Zabar. *conſ. 131. n.
2. verſ. ad ſecundum,* Tuſchus *d. concluſ. 221. n.* 4.
13 Rei hujus optimum † exemplum eſt in Epiſcopatu Tira-
ſonen. ubi Calatajubii Vicarius generalis diuturnitate tem-
poris, ſic privativè de cauſis ad forum Eccleſiaſticum per-
tinentibus per viam contentioſam, vel voluntariam, co-
gnoſcit, ut abſque magno populi ſcandalo, & inhibitio-
nis obſtantia Juſtitiæ Aragonum, Vicarius principalis Ti-
raſonenſis, ſive in rebus juſtitiæ, ſive gratiæ illius Archi-
diaconatus non procedat, qui Vicarius generalis, quod
poſſit eſſe executor mixtus Apoſtolicus, non obſcurè colli-
ges ex traditis à Flores *var. lib. 1. q. 4. n. 7. & ſequent.* An ve-
rò iſtius Vicarii introducta juriſdictio firmo teneat pede,
Paulus Æmilius narrat *deciſ. 306. n. 4. p.* 1. & dominus meus
Don Michael Martinez del Villar Supremi Aragonum con-
ſilii celebris Conſultus, & ſuorum anteceſſorum integrita-
te literis & nobilitate meritiſſimus ſucceſſor *in lib. de patro.
14 Bilbil. 2. p. art.* 8. Simili modo † & Epiſcopus inferiori per-
mittit collationem, poſtulante ſic fundatore in erectione
beneficii, Macerat. 1. *var. c.* 12. Riccius *in praxi dec. 163. n.
81. in fine,* & ut latius in Canonicali *par. 2. c.* 36. è converſo
15 contra totalem † ab raſſionem juriſdictionis alicujus Eccle-
ſiæ, Riccius *in praxi deciſ.* 542. exemplum proponit cujuſ-
dam Epiſcopi, qui cùm per mutare voluiſſet parochiam ſuę
Diœceſis cum alia Neapolitani Archiepiſcopi non fuit per-
miſſus ex ſupra dictis, & ne reſidentiæ ſuæ, per obliquum,
fraudem faceret ad quam de jure divino directo obſtringi-
tur *cap. 1. Seſſ. 6. de reform.* in Tridentina plures allegat Ric-
cius *d. deciſ.* 542.
16 Pro ſuperiori noſtra ſententia facit, quod Epſcopus †
præſumitur nihil ignorare ex his quæ pertinent ad ſuam
Diœceſim, quia reſidere & viſitare tenetur, Anchar. *conſ.
117. circa finem,* Alexan. *conſ. 94. nu. 13. lib.* 5. Aymon. *conſ.
128. n.* 1. Rota *dec. 6. n. 3. de iure patronat. in novis.* Seraphi-
nus *deciſ. 337. n. 6.* Farinac. *deciſ. 638. n.* 3. Si viſitatio in hoc
caſu radicitus evelleretur, cogeretur ignorare, quod ſcire
tenebatur, quare etiam Capella † Regia Epiſcopi ſubjectio- 17
ni ſubeſt quoad generalia, licèt quoad particularia libera
ſit, juxta ea, quæ tradit Rota *dec. 744. p. 1. diverſ. pro decla-
ratione textus in cap. cum Capella, de privileg. & Tridentini
Seſſ. 24. c. 11. de reform.* Et quod † totalis exemptio à viſita- 18
tione pro iniqua reputetur, colliges ex traditis à Lamber-
tino *de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 1. n. 25. & ex his quæ
diximus q. 24. fundamento* 1.
Non obſtat prima dubitandi ratio, † quia verius eſt in 19
Capellaniis collativis, quæ jam ſpiritualizatæ ſunt omninò
rejiciendam eſſe illam conditionem, ut ordinarius nullo
modo ſeſe intromittere poſſit, quia non poterit facere, quin
leges in ſuo teſtamento valeant, *l. nemo poteſt, ff. de legat.*
1. ubi Gutier. *n. 450. & ſequentibus,* Rota *deciſ. 10. de teſta-
mentis in antiquis,* Rochus de Curte *de iure patronat. verbo
pro eo quod num.* 25. Gonzal. *reg. 8. gloſſa 5. in principio n.* 42.
Mandoſ. *de ſignt. grat. cap. de exemptione ab Epiſcopo, §. am-
plius etiam,* & melius præ aliis Fuſchus *de viſitatione lib. 2. c.
11. à n.* 13. & plures quos congerit *deciſio 30. nu. 5. par. 2. re-
centiſſimarum.*
Nec contrarium probant † caſus propoſiti à Garcia *ſupra* 20
d. num. 98. & ſequent. non ille Comitis de Oropeſa, nam in
brevi *S. D. N. Pauli Papæ V.* in favorem illius conceſſi, Ho-
ſpitale, & Collegium non etiam Capellaniæ collativæ exi-
muntur à viſitatione, nec dictum Hoſpitale, & Collegium
eximerentur, niſi concurrente illa ratione, quam refert ex
brevi Pauli, Garcia *num.* 101. ſcilicet, quia itineris difficul-
tate præpeditus Epiſcopus Abulen. raro in dicta Villa per-
ſonalem reſidentiam exercet. Alter caſus Hoſpitalis de Ol-
medo de miſſis in quadam Capella celebrandis, non de Ca-
pellania collativa loquitur. Vel aliter reſponde quod Epi-
ſcopus ibi non fuit ſpecialiter excluſus, ut requiritur à Con-
cilio Tridentino *Seſſ. 22. cap. 8. & eius interpretibus,* ideò
viſitationem competere Priori cumulativè ad Epiſcopum
non privativè, ut ad hunc ſpecialem caſum deciſum fuit à
Rota *deciſ. 33. par. 2. recentiſſ. caſu prius diſputato, ut in dec.
30. dict. par.* 2. Nec Doctores † Panormitanum ſequentes, 21
diverſi ſunt ab hac ſententia, cùm intelligendi ſunt iuxta
mentem Panormitani, quem referunt, & quem ſequun-
tur hunc verò colligendæ ſententiæ alterius Doctoris mo-
dum amplectitur Rota *deciſ. 52. num. 36. par. 2. diverſorum,*
Covar. 2. *variar. cap. 6. num.* 4. Menoch. *de retinend. remedio
3. num.* 270. At Panormitanus loquitur de Epiſcopo qui po-
teſt in fundatione Eccleſiæ, ad petitionem patroni, tranſ-
ferre in alium ius ſibi ſpecialiter competens, ut & ſe ſpe-
cificius declarat *in cap. cum venerabilis num. 5. de cenſibus,*
quo caſu non viſitatio radicitus evellitur, ſed moderamen
accipit, *ut dixi ſupra.*
Quicquid autem ſit † in caſibus quibus Epiſcopus ex- 22
cluditur à viſitatione, data negligentia eorum quibus con-
ceſſa erat viſitatio, ſuccedit Epiſcopus in poteſtate viſitan-
di, ut probat textus *in cap. tua nobis de teſtamen.* & latius
Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 481. nu. 15. & ſeqq.*
optimè Seraphinus *dec. 611. num.* 6.
Non obſtat illud, quod adducebamus *ex conſilio* 267.
Calderini, & aliorum, quia loquuntur in caſu ſpeciali quan-
do Eccleſia unitur Monaſterio exempto, quo caſu unitum
deſinit eſſe jam beneficium, & incipit eſſe prædium alterius
loci cui fuit unitum, & ut tale judicatur Mandoſius *reg. 19.
q. 10. n. 2. & 3. & regula 22. q. 13. à nu.* 18. & quam plurimi
alii quos refert, & ſequitur Garcia *de benef. par. 12. cap. 2.
num.* 12.
Quod ſi (Lector amantiſſime) dicta ſupra, tibi ſatis non
faciant, recurre ad *deciſ. 30. par. 2. recentiſſ.* ubi caſus viſita-
tionis de Olmedo diſcutitur plenè.

S V M M A R I V M.

PRoceſſus appellatione intelligitur prima citatio, n. 1.
Citatio perpetuat iuriſdictionem, n. 2.
Proceſſus fit quomodocumque perveniatur ad cauſam, n. 3.

intor. plura congerit ad propoſitum Gonzal. *regul. 8. gloſſ.* 5.
41 *§. 9. à num.* 42. Coadjutores antianitatem † non à die eo-
rum admiſſionis, ſed à ceſſationis Coadjutoriæ die adipi-
ſcuntur, nam Coadjutor vivente Coadjuto ex perſona pro-
pria non habet poſſeſſionem beneficii, actus quos facit
non ſibi, ſed Coadjuto facit, nihil aliud poſſidet quàm
adminiſtrationem Coadjutoriæ, quæ poſſeſſio ceſſat ceſ-
ſante Coadjutoria, non capit poſſeſſionem, niſi poſt mor-
tem Coadjuti, quas omnes rationes juribus, & Doctori-
bus confirmat duplex deciſio Hiſpalenſis *ſcilicet* 456. *&*
637. *p.* 1. *recentiſſimarum Farinac.* Unde ſi Coadjutor præ-
tenderet prælationem, non audiretur, niſi poſſeſſionem
& adminiſtrationem proprio nomine habitam probaret
Fabricius *in praxi de aliis quib. iuribus n.* 19. *&* 21. *pag.* 158.
Quod confirmatur ex generali conſuetudine Hiſpaniæ,
quæ obtinuit Coadjutores Canonicis noviſſimè receptis in
Sede poſtponi, de qua conſuetudine teſtimonium perhi-
bent Garcia *d.* 4. *p. cap.* 5. *n.* 73. Gozal. *d. gloſ.* 5. *§.* 9. *num.* 98.
42 Item ex † conſuetudine juri innixa Luſitaniæ, ſecundùm
quam Senator honorarius prior data & poſſeſſione, præce-
ditur à Senatore honorario, poſteriori poſſeſſione & data,
actu tamen ſervienti & adminiſtrationem habenti *argum.*
tex. in l. 2. *C. ut dign. ord. ſerv.* atteſtatur Cavedo *p.* 1. *dec.* 4. *n.*
43 7. & generale eſt † ut qui aliena dignitate fulget, non præ-
feratur ei qui propria dignitate coruſcat, Dec. *in c. ſane il* 2.
n. 12. *de offic. delegat.* quod contra Coadjutorum præceden-
tiam allegat Leo *in theſauro for. Eccleſ. p.* 2. *c.* 6. *n.* 58. *&* 60.
Garcia *d.* 4. *p. c.* 5. *nu.* 133. Omnia ſupra dicta confirmantur
ex Sacra Rituum Congregatione de qua deponunt Quaran-
ta in *ſumma Bullarii verbo Archiepiſcopi auctoritas nu.* 12. *ubi*
additio lit. B, & Garcia *in addition. d. c.* 5. *n.* 96. Ubi cenſuit
44 Archiepiſcopo † Coadjutori etiam cum futura ſucceſſione
non licere civitatem ingredi pontificaliter, uti Cruce, circu-
lis Canonicorum, largitione indulgentiarum, neceſſaria
non etiam urbana Canonicorum aſſociatione, his rationi-
bus quia non habet jus in re, ſed ad rem, poteſt eſſe, ut præ-
moriatur coadjutor antequam ſit Archiepiſcopus, quia ca-
ret juriſdictione, & dignitate, & quia non eſt caput Cano-
nicorum, idem ex brevi Pauli V. 16. Septembris anno 1606.
cujus copiam reperies apud Franciſcum Suarez *de religione*
tract. 4. *lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 22. *n.* 19. Garcia *ſupra p.* 3. *c.* 1. *num.*
109. *& d. c.* 5. *n.* 96. & ex Sacra Rituum congregatione *dict.*
45 *deciſ.* 456. *n.* 9. *par.* 1. *recentiſſ.* † ubi declaratum fuit Cano-
nicorum Coadjutores viventibus coadjutis non eſſe haben-
dos pro veris Canonicis, etiam ſi coadjutores ſint cum fu-
tura ſucceſſione, quia non habent jus in Canonicatu, ſed
ad Canonicatum, unde non ſunt Capitulares, ideò & non
datur tempus recreationis trimeſtre unum coadjuto, &
aliud trimeſtre Coadiutori, Stephanus Gratianus *diſceptat.*
forenſ. c. 166. quæ omnia apertè probant Epiſcopum non
reſtringi de Adjunctorum conſilio & aſſenſu contra Capi-
tularium Coadjutores procedere. Id tamen ea conſidera-
tione radicitus fulcitur, nam Synodus Tridentina nihil ſic
ante oculos ſibi propoſuit quam Epiſcorum juriſdictionem
in Capitulares, illæſam, & intactam conſervare, ut pro-
bavi ſupra q. 2. in fundam. quod ſi adjunctorum uſum ad
non capitulares Tridentina Synodus voluiſſet protogare, ſi-
bi contraria videretur exiſtere.
46 Neque obſtant ex adverſo † conſiderata ideſt Coadjuto-
rem ad poſſeſſionem reſtitui, *quia ut dicitur in deciſ.* 456. re-
ſtituitur ad poſſeſſionem, quam habet non in beneficio, ſed
in ſervitio Coadjutoriæ.
Non obſtat quod Coadjutores admittantur cum clauſu-
47 la *ex nunc † prout ex tunc*, nam clauſula hæc non opera-
tur, ut tempus præſens conjugatur cum futuro vel è conver-
ſo Felinus *in cap. licèt cauſam num.* 6. *de probation.* Pariſ. *conſ.*
91. *num.* 66. *vol.* 2. Neguſantius *de pignor. par.* 2. *membr.* 2. *n.*
6. Tiraq. *de retract. convention. §.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 85. Mar-
cheſan. *de lact. par.* 3. *§.* 2. *num.* 90. nec rurſus conjungitur
48 tempori præterito, ita ut prævaleat veritati, nam hæc † re-
trotractio fit per fictionem, & fictio non eſt potentior veri-
tate, & naturalitate, niſi ſpecialiter ſit cautum per haben-
tem poteſtatem, *l. filio quem pater ff. de liber. & poſth.* Bart.
in l. 3. *§. hac verba ff. de nego. geſt.* Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ*
privileg. 17. *verſ. verum hoc non eſt, & in dicta dec.* 456. *nu.*
13. Non obſtat quod in hac † Sede Coadjutores quinden- 49
nia ſolvant, ſolvunt enim ex ſpeciali clauſula quæ in Pauli
V. gratia ſeu Brevi reperitur, qua ſolvere compelluntur ha-
bentes jus vel in beneficio, vel ad beneficium, diſcrimen
† habendi jus, vel in vel ad beneficium Abb. docet *in c. li-* 50
teris 29. *n.* 5. *de reſcrip.* Molin. *de iuſt. & iur. par.* 1. *tract.* 2.
diſput. 2.
Non obſtat † ſtatutum Cæſaraug. Eccleſiæ circa Sedem à 51
die poſſeſſionis habendam, quia poſſeſſionem non capit ni-
ſi poſt ceſſationem Coadjutoriæ, *ut in d. dec.* 456. *n.* 6. *& ſe-*
quentibus. Non obſtat conſideratio Garciæ circa Coadjuto-
rem actu ſervientem, & prævenientem, quia eſt ridicula
cùm ſit in poteſtate Epiſcopi rejicere informationem, ca-
ptionem vel citationem ad tempus, quo actu non ſerviat,
unde ſuccedit regula tex. in l. ſub hac de obligat. & action. Non
obſtat quod coadiutor admittatur ad prærogativas quas ha-
bet coadiutus, nam ut ipſe Garcia *d. nu.* 96. *reſpondit*, illæ
prærogativæ non extenduntur ad juriſdictionem adiuncto-
rum. Non obſtant aliæ conſiderationes, quæ ex fundamen-
tis pro hac parte adductis facile diluuntur, ſi diligenter per-
ſpiciantur.

SVMMARIVM.

Recurſus à quibus Doctoribus foveatur, *n.* 1.
Recurſus à deciſionibus publicis admittuntur, *n.* 2.
Recurſus à deciſionibus Romanis comprobantur, *n.* 3. *&* 15.
Recurſus exemplis confirmantur, *n.* 4.
Laicus cognoſcit inter Eccleſiaſticos ex delegatione Apoſtolica, *num.* 5.
Siciliæ lai-clericalis iuriſdictio, *n.* 6.
Conſuetudo immemorialis vim tituli habet, *n.* 7.
Privilegium & præſcriptio differunt, *n.* 8.
Regalibus detrahere alienum eſt à mente Pontificis, *n.* 9.
Conſtitutio Martini contra trahentes clericos ad Tribunalia ſæcularia, *n.* 10.
Quis primum Bullam in cœna publicarit, *n.* 11.
Pontifices multi recurſus diſſimularunt, *n.* 12.
Recurſus ratione temporalitatis licitus in iure, *n.* 13.
Recurſus ſæculi legibus roboratur, *n.* 14.
Iudex poteſtatis limites excedens, ut privatus agit, *n.* 16.
Iudici ut privato impune reſiſtitur, *n.* 17.
Recurſus in defenſionem poſſeſſionis & appellationis licitus, *num.* 18.
Patroni pro re Eccleſiaſtica licitè recurrunt, *n.* 19.
Recurſus licitus ubi Eccleſiaſtici Eccleſiaſticis remittuntur, *num.* 20.
Recurſus iuſtè deprecantibus non eſt denegandus, *n.* 21.
Conſtitutio Eccleſiæ legibus ſæculi adiuvatur, *n.* 22.
Vim vi repellere licet, *n.* 23.
Vis multis modis fit, *n.* 24.
Violentia triplex, *n.* 25.
Interdicta pro rebus ſacris redduntur, & reddebantur, *n.* 26.
Pontificia Regiaque poteſtas ab eodem fonte dimanant, *numer.* 27.
Sacerdotium, & Regnum olim in uno, *n.* 28.
Spiritualis & temporalis gladius mutuo ſe adiuvant, *n.* 29.
Periculi ratione multa alias non permiſſa permittuntur, *numer.* 30.
Recurſus, ubi eſt periculum in mora, licitus, *n.* 31.
Reges ſunt executores Tridentini, *n.* 32.
Intellectus ad Concilium Trident. Seſſ. 25. *cap.* 3. *num.* 33. *& num.* 47.
Regia Tribunalia non comprehenduntur in prohibitione, *n.* 34.
Recurſus videtur licitus, ubi eſt cleri laica iuriſdictio, *numer.* 35.
Recurſus ubi eſt licitus, & citari & inhiberi, *n.* 36.
Recurſus à multis Doctoribus deteſtantur, *n.* 37.
Recurſus defenduntur, ignorantia, neceſſitate, conſuetudine, concordia, privilegio, & defenſione, *n.* 38.
Recurſus improbantur à Rota Romana, *n.* 39.
Sequeſtrum Iudicis laici in rebus Eccleſiæ nullum, *n.* 40.
Recurſus improbatur ab antiquis Canonibus, *num.* 41. *à recentioribus*, *num.* 42.
Recurſus quomodo recentiſſimè deteſtentur, *n.* 43.
Recurrentes multis pœnis afficiuntur, *n.* 44.
Iudex ſæcularis non ſupplet iuriſdictionem Eccleſiaſtici, *n.* 45.
Ma-

Maior eſt Iudex Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, *n.* 46.
Conſuetudo immemorialis à Regibus etiam inducta, eſt ſublata, *num.* 47.
Clericus maieſtatis reus ab Eccleſiaſtico punitur, *nu.* 48. *idem de perturbatore pacis.*
Actor ſequitur forum rei, *n.* 49.
Brachium ſæculare ab ordinariis & delegatis Iudicibus invocatur, *n.* 50.
Intellectus cap. 20. *Seſſ.* 25. *Concilii Tridentini*, *n.* 51.
Non recipientes legem primi, peccant mortaliter, *n.* 52.
Defendendi munus propriè Eccleſiaſtici Iudicis eſt, *n.* 53.
Eccleſiaſticus ſæcularem non poteſt inhibere, *n.* 54.
Privilegium non præſumitur, *n.* 55.
Immemorialis quomodo probetur, *n.* 56.
Recurſus admittendi, vel non admittendi reſolutio remittitur, *num.* 57.
Argumentis impiorum non eſt utendum contra Sedis Apoſtolicæ poteſtatem, *n.* 58.
Abuſus Eccleſiaſticorum recurſibus anſam dederunt, *n.* 59.
Hieronymi locus expenditur, *n.* 60.
Recurſus differt à querela reclamatione & aliis, *n.* 61.
Recurſus non eſt licitus quando violentia falſo allegatur, *numer.* 62.
Recurſus purificantur duabus conditionibus, *n.* 63. *&* 64.
Doctores recurſibus applaudentes quibus excuſentur, *n.* 65.
Sæcularis Eccleſiaſtico Iudici quando par iudicetur, *n.* 66.
Intellectus cap. paſtoralis, §. quia verò de offic. delegat. numer. 67.
Declaratoria facti requiritur ad incurrendam pœnam ipſo iure, *num.* 68.
Pœnæ impoſitio requirit concludentem probationem, *n.* 69.
Recurrentibus remedium attentatorum competit. *n.* 70.

QUÆSTIO TRIGESIMA.

An licitus ſit recurſus ad Regium Tribunal pro defenſione juris Adjunctorum?

VT caſus propoſitus innoteſcat, in diſputationem ve-
nire debet, an ſit licitus recurſus ad judicem laicum
contra Eccleſiaſticum maximè in Eccleſiaſticis cauſis?

Adſtruitur.

Doctoribus. *num.* 1. Deciſionibus variis. *nu.* 2. Deciſioni-
bus Romanis. *num.* 3. *&* 15. Exemplis. *num.* 4. Juribus & ra-
tionibus *à n.* 5. *ad* 36.

Deſtruitur.

Doctoribus. *n.* 37. Deciſionibus Sacris *à num.* 39. Juribus
antiquis. *num.* 41. Recentioribus. *n.* 42. Recentiſſimis. *num.*
43. & diverſis argumentis *à n.* 44. *ad* 61.

Conſtruitur.

num. 62. 63. 64. 70.

1 In primis ex † Theologis Illuſtriſſimus Cajetanus *cap.* 27.
apologiæ de poteſtate Papæ, dum conſulens permittit Impe-
ratori & Principibus Chriſtianis reſiſtere tyrannidi Ponti-
ficum, & Epiſcoporum beneficiorum collationibus abuten-
tium, (quam permiſſionem, ſeu conſilium reprehendit
Boetius Epo *heroicarum quæſtionum in rubrica de immunitat.*
Eccleſ. n. 14.) Cajetanum ſequitur, & Victoria *de poteſta-*
te Papæ & Concil. propoſitione 22. ubi docet Concilium Pro-
vinciale, vel Epiſcopos ad Recurſum habituros, contra
Romanum Pontificem mandantem contraria conciliorum
decretis, *ut pagina* 275. Dominicus Bañes 2. 2. *qu.* 67. *dub.* 2.
artic. 1. *concluſ.* 6. Frater Michael Agia *de exhibendis auxiliis*
fundamento 27. *per totum*, & ex noſtris Antiſignanus Co-
var. *pract. cap.* 35. *n.* 3. Guillelmus Benedictus *in cap. Raynu-*
tius de teſtamentis, verbo Adelaſiam num. 349. *& n.* 455. Mo-
linus *verbo firma fol.* 148. *col.* 3. *§. die* 21. ubi ſcribit Epiſco-
pum & Capitulum Tiraſonen. ad Aragonum juſtitiam con-
volaſſe prætendentes ſe nimium eſſe gravatos in impoſitio-
ne ſubſidii ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & de ab
ejus carceribus manifeſtato quodam Abbate Sancti Joan-
nis Pinaten. idem Mol. *fol.* 220. *§. manifeſtatus fuit*, caſum
refert & proſequitur Portoles cum multis ab eo relatis, *ver-*
bo firma num. 101. Canonicus Cenedo *collectanea* 5. *ad De-*
cretum & collectanea 17. *ad Decretales, idem poſthumus ne di-*
cam ſuppoſitus canon. quæſt. c. 45. ubi hujus opinionis aucto-
res quam plurimos congregat, Salzedo *in praxi criminali*
cap. 102. Navar. *in c. cum contingat remedio* 1. *de reſcript. licèt*
non ita conveniat in Manuali cap. 27. *nu.* 70. Menoch. *de re-*
tinenda poſſeſſione remed. 3. *quæſt.* 52. *nu.* 354. Hoſtienſis *in*
ſumma de foro compet. num. 13. *verſic. ſed numquid*, docens in
realibus Eccleſiaſtici negligentiam poſſe ſuppleri per Ju-
dicem laicum, Bovadilla cum pluribus ab eo relatis *lib.* 2.
politic. cap. 18. *à num.* 139. Pacianus *conſ.* 164. *maximè n.* 38.
Dominus Regens Seſſe *de inhibitionibus c.* 8. *§.* 3. *ex n.* 129. *&*
deciſ. 114. *& in epiſtola Regia, quæ deciſiones præcedit ſecundæ*
partis maximè n. 70. *ſeſe tamen limitans in modum dubitatio-*
nis in dict. §. 3. *num.* 200. Zevallos multis in locis *maximè*
de violen. in proœm. cap. 10. plures non inculco Doctores,
quia eos citatos invenies apud ſupra dictos, & eos congerit
Cravetta *conſ.* 268. *& infrà plures referam.*
Sunt & multæ † deciſiones hanc recurſuum facultatem 2
definientes apud Oſaſchum *deciſ. Pedemont.* 30. *num.* 7. *&*
14. *& deciſ.* 116. *num.* 4. apud Theſaurum *deciſio* 82. ubi
additio litera A, multos congerit tenentes in cauſis Eccle-
ſiaſticis retinendæ, vel recuperandæ laicum Judicem inter
Eccleſiaſticos legitimè procedere, *& deciſ.* 111. *n.* 3. *& dec.*
131. *& deciſ.* 117. Doctiſſimus Faber *lib.* 3. *Codicis titulo* 12.
Clericum docet turbantem Clericum in ſequeſtro per Judi-
cem laicum eſſe puniendum. De Clerico vexato in bene-
ficio per alium Clericum, quod adjuvetur à Rege, ſi ejus
auxilium imploret, media conſtitutione illa. Finis præce-
pti charitas. Vivius *tradit deciſ.* 30. *n.* 5. Clericus depoſita-
rius Judicis officio compellitur depoſiti rationem reddere,
Bald. *in l. cum pro quo ff. de in ius vocando*, Afflict. *deciſ.* 24.
n. 3. Aufrer. *deciſ. Toloſ.* 167. Jaſ. *in l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff. qui*
ſatiſd. cogan. & tamquam verior opinio recenſetur Docto-
rum multitudine corroborata, ut Clericus ſuccedens laico
ligetur inſtantia coram Judice ſæculari inchoata, ut atteſta-
tur Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 16. *n.* 31. Equites Jeroſolymi-
tani qui Religioſorum numero continentur, occupationem
fructuum ex beneficiis ſub manu Regis facere debent, ut
primam propoſitionem deciſam fuiſſe, Maynard. *lib.* 1. *dec.*
17. & ſecundam *dec.* 18. atteſtatur, & *dec.* 28. arreſtum re-
præſentat quo fuit judicatum judicem laicum competen-
tem eſſe quoad poſſeſſorium rerum ſpiritualium. Et lega-
ti Apoſtolici poteſtas, quæ examinari ſolet in Hiſpania
apud Judices ſæculares, Covar. *pract. cap.* 35. *n.* 4. in Fran-
cia ſolet apud Regia tribunalia limitari. Mayn. *deciſ.* 47. 48.
49. *&* 50. *dict. lib.* 1. In Cathalonia quoque ubi parcius Ju-
dex laicus mittit manum in meſſem Eccleſiæ, teſte Pegue-
ra *deciſ.* 27. *part.* 2. adhuc tamen contra Eccleſiaſticos ad
laicos recurſus admittitur *idem deciſ.* 92. *p.* 1. Sunt & multæ
Romanæ deciſiones † ab hujuſmodi recurſu non alienæ eas 3
refert & ſequitur Lancellotus *de attent.* 2. *p. c.* 4. *declarat.* 4.
poſt limitationem 30. *n.* 44. *celebris eſt in hac materia illa Sal-*
mantina Canonicatus coram D. Blancheto, cujus copia eſt
apud Farinac. 1. *p. conſ.* 68. *nu.* 13. & quia eas ſtatim ſpecia-
lius inducam, in præſenti non repeto.
Prædicta † poſſunt confirmari ex diſcurſu quodam Lu- 4
dovici de Caſſanate reſcripto ſuper non admiſſione cujuſ-
dam in Canonicum Pacenſem Regalis Auditorii ope & au-
xilio, quem adſtruit juribus, Doctoribus & exemplis. Il-
lud eſt celebre quo Dominus Rex Ferdinandus Andream
Martinez in Epiſcopum Tiraſonen. promotum ab Apoſto-
lica Sede, non ſua tamen prævia nominatione bonis tem-
poralibus, & regni incolatu privavit, de quo Curita noſter
annal. par. 4. *lib.* 20. *cap.* 31. Si prælatus Regi eſſet ſuſpectus,
quod ab illo poſſit non admitti etiam ſtante Romani Pon-
tificis decereto, obſervat Petrus de Baiſio *in directorio ele-*
ctionum par. 1. *cap.* 6. *fol.* 382. *them.* 15. *par.* 1. *num.* 4. *&* 5.
Sed his non obſtantibus Alexander VI. Valent. Caurien. &
Elnen. Epiſcopos creavit, nulla prævia Ferdinandi Regis
nominatione anno 1499. eodem atteſtante Curita *lib.* 3. *p.*
5. *c.* 39. Aliud memoriam noſtram lugubrem oſtentat de
anno M. DC. XI. quando hæc Metropolitana Sedes, & an-
te omnes ejus Decanus D. D. Franciſcus Martinez Mar-
cilla de la Mata ingenii acumine, Deidicæ ſcientiæ cogni-

tio-